POËTAE POLON.
N. ~~35~~
Poezya 202.

darował
Teofil Zebrawski
r. 1853.

118

REGINA POLONIÆ

AVGVSTISSIMA VIRGO

MATER DEI MARIA.

IN REGNO POLONORVM, BENEFICENTIA PRODIGIOSARVM IMAGINVM, TAM PACE, QVAM BELLO CELEBERRIMA.

LYRICA POESI à P. MICHAELE KRASVSKI *Societatis* JESU *Sacerdote honorata.*

CALISSIJ
Typis Collegij Societatis JESU
Anno Dni. 1669.

ELevata est Magnificentia Tua super Cælos MARIA, & super omnem terram gloria Tua. ita, vt nec in Cælo inveniatur creatura, qvæ tuam dignè laudare queat magnificentiam, nec in terra sit qvæ gloriam tuam exprimere valeat. Nemo enim nec in Cælo, nec in terra, inventus est dignus aperire librum prærogativarum tuarum, & dignè solvere septem signacula eius.

Bernard. serm. 2. super Salue REGINA.

118 I

ALEXANDER LORENCOWIC.

Præpositus Povincialis Societatis JESV *per Regnum Poloniæ.*

CONcedo facultatem P. MICHAELI KRASVSKI Societ: JESV Sacerdoti, potestate ad id mihi data, ab Adm. R.P. JOANNE PAVLO OLIVA, Præposito Generali eiusdem Societatis, vt Lyrica ab eo Composita, quoniam ab aliquot Patribus ad id assignatis recognita probantur, in lucem edita Typis mandentur. Cuius rei gratia hasce literas manu Nostrâ, & Sigillo Officij munitas dedimus.

Cracouiæ 10. Augusti 1669.

Idē qui supra.

PROTESTATIO AVTHORIS

PRoteſtor, ſi quæ miracula, non dum ab Ordinarijs loci eorumve delegatis, examinata, & authenticè approbata de Jmaginibus B. MARIÆ VIRGINIS impreſſis me, impreſſiſſe, per modum ſimplicis Hiſtoriæ & vulgaris famæ. Nec illis aliam dari fidem volo, quam quæ datur ijs, quæ dari ſolet hiſtoriarum civilium ſcriptoribus.

SERENISSIMO

MICHAELI

KORIBVTH

POLONIARVM REGI CORONATO

Magno Duci Lithvaniæ, Russiæ, Prussiæ, Mazoviæ, Samogitiæ, Livoniæ, Smolenſci, Czerniechoviæ &c. &c.

D. D. Clementiſſimo.

NOn *auderemus profectò, Regũ Auguſtiſſime, in ipſo ſereniſſimæ Coronationis* Tuæ *meridie, literarias* Tibi *Præſentare cum lituris umbras, atq; inter liberrimos regni applauſus, ligata ad numeros,* SACRÆ REGIÆ MAIESTATIS TVÆ *pedibus, metra ſubſternere, & Lyras Apollinis affectui noſtro erga* Te,

ga Te, colludentes, triumphalibus intermiscere tubis: nisi ingeneraret animos, Tuus inprimis Diuinitatis æmulator Animus, nimima nescius aspernari. Materiem deinde ipsam, Ei quam FORMAM DEI peranguste Augustino appellare placuit, conformari sese admittentem, partes apud Te habituram, non vano, sub Inaugurationem Tuam omine, conijceremus. Accedit igitur ad Thronum Tuum Serenissima Poloniarū REGINA, hunc non dedignata titulum NVMINIS MATER, accedit in suis, quas non tam illustravit, quam obscuravit Poësis nostra, IMAGINIBVS. Sed quo pacto accedit? quam semper inter Indigetes primam numerasti domesticam? accedit tamen, & splendoribus Tuis satam adspergit lucem. Dum Tibi Polonarum Vrbium, subiectæ referuntur claues, nos ipsam Tibi suis in Icunibus cæli deferimus portam, simulquè mentium nostrarum abdita, Maiestati Tuæ acclinatissima reseramus. Dum triumphabundi Arcus, ad præaltum Honoris Tui collimant scopum, nos Tibi & Arcem,

Arcem, & Aram, Triumphatricem MARIAM *præ oculis ponimus, in animo semper* Tuo *iam hospitatam. Præcalcavit illa tumidas hostium Poloniæ cervices, vt* Tibi *regalem conscensuro Thronum, per tot colla & viam sterneret, & obstacula rebellium capitum submoveret. Dum* Tibi *Vniversæ Regni facies iuratam obligat Fidem, nos religiosæ propensionis nostræ, fidelitatisq; Tibi tributariæ, id pro obside damus, quo meras inter Creaturarum Excellentias, excellentiùs nihil habet Numen;* MATREM *nempè* DEI, *& Patriæ,* Tibi *devovemus. De cuius manu (Hæ sunt veræ cornucopiæ) Sarmaticum accipis diadema, ab ipso ætatis flore Venerationis ferta, in regiam prouentura Coronam, deferre illi assvetus. Non poterit* Tibi LVNA HÆC *non esse accepta, Cuius* GENTILITIO *in* STEMMATE *genuinũ Emblema geris. Stetit per* LVNAM HANC, *retroactis proximè annis, ne eclipsaretur Polonia; stabit eâdem* Tibi *adlucente ut in solio Regni* Tui, *Sereni* Tibi *nunquam non*

orian-

oriantur soles. Quod plenâ apprecationum promptitudine VOVET

SACRÆ REGIÆ MAIESTATI TVÆ

devinctissima

Domus Professa Soc. IESV,

Cracoviæ ad S. Barbaram.

MARIA

PARS

PARTIS PRIMÆ,

ODE

TRIBVTARIA

SERENISSIMO

ET

POTENTISSIMO

REGI.

Seu Religiosum Votum

PRO SVA CLEMENTISSIMA

MAIESTATE

AD MARIAM

REGIS REGVM,

ET

DOMINI EXERCITVVM

PARENTEM.

DEscende cælo, mille sequacium
Induta Phœbo Principe siderum;

Et

Et in coronam complicatis
DIVA veni speciosa stellis.
Huc destinatam vertat eburneus
Temo curulem; se sinuantium
Quâ pulchra decernit Quiritum
Pompa nouo Diadema REGI.
Et innocenti fulmine, gemmeas
Solis lacessit PVRPVRA palpebras;
ENSISQ; pugnator, CHABRÆO
Indigenum latus ambit auro.
Nec quæ reuisas regna libentiùs,
Post luminosas Cælituum Domos,
Præsentat Orbis. *Voce fratres*
Finitimâ Polus & Polonus.
Per vsitatas si placet ingredi
Lunæ plateas, & bijugo super
Sedere curru, cæruliq;
Ire palam per aperta campi.
O quàm sereno Te KORIBVTHIA
Inuitat ostro LVNA! Polonicos
Quam per Triones, concolore
Purpureum vehit axe cælum.
Hæc Te videndam clariùs extulit,
Procul remotis CYNTHIA gentibus;

Cum

Cum sub VITOLDÆO trementum
Colla Ducum iacuêre ferro.
Et fracta nigri cornua Bosphori,
Septemq; Pontum Danubius Patrem
Augens tributis ostiorum,
Barbaricis gemuêre ripis.
Nunc post cruenti bella negotij,
Pacatiores, mitior in SVO
HÆREDE, pollicetur horas,
Et niueos iubet ire menses.
Qualis Deorum Iuppiter arduo
Cinctus Senatu, se famulis Herus
Infert planetis & minores,
Vultu hilarat rutilante cætus.
Nutuq; grandi terrigenam Pater
Tranquillat orbem; Nereus æmulis
Ne litigator pugnet Euris;
Ne nimijs fremat æthra nimbis.
Tali decoras, inter ouantium,
Honore turmas eminet agminum,
Et fronte tranquillante prisci
REX MICHAEL nouat arua Craci.
Illi, hinc apricis cassidibus Lechus;
At inde nutat Littauus aureis

Formosus armis; & modestis
Signa fluunt agitata ventis.
Tibiq; cunctus DIVA potens suo
Pro REGE ciuis supplicat; & graues
Sub ære pugnaci lacertos,
Cum clypeis galeisq; flectit.
Iam si ordinatis peruigil ignibus,
Tenet Sereni Te tholus ætheris;
Lateq; succensis morantur
Atria conspicienda tædis.
En sese AVITÆ nectit amabili,
REGALE SIDVS fædere CINTHIÆ;
Cunctasq; cælorum decore
Anteuenit radiante Stellas.
Hæc STELLA tandem (*Tu placidis modò*
PATRONA *Princeps annue nutibus.*)
Beabit influxu, quietos
Sarmatiæ meliore fines.
At ceu cometes prodigialium,
Terrebit hostes lumine crinium.
Sic non iniqua Te iubente,
Fata Lecho voluêre REGI.

***
**
*

PARS

PARS PRIMA.

VIRGINI LEOPOLITANÆ (*Quæ est Metropolis Russiæ*) TAM INDIGENÆ, QVAM PEREGRE CVM SERENISSIMO IOANNE CASIMIRO VENIENTI CONSECRATA.

ODE I.

AD Augustissimam Poloniæ Russiæq; Auxiliatricem in Ecclesia Armenorum cùm Orthodoxis vnitorum cultibus piorum celebrem. cuius ope Leopolis stetit incolumis cũ à Chmielnicio rebelliũ Duce, & à Tokay Beio Scytha graui premeretur obsidione.

QVÆ Te beato dextera munere,
Donauit Vrbi fortior omnibus
Regina fatis? quæ remoto
Terra dedit peregrina cœlo?
An qui propinquis nubibus inferunt
Fastigiati culmina verticis
Misêre montes? qui Nóèam
Diluuio pereunte primi
Fixêre nauem? num famulo Tygris
Oblitus iras detulit alueo?
An magnus Euphrates profundo
Præteriens Babylona fastu?
An hospitali ciuibus Armenus
Gratum locauit Depositum manu?
Cum de Niphate Caspianus
Rossiacis stetit hospes oris?
Quocunq; Virgo Te posuit dies
Amica fato, magnanimæ faue
Leonis vrbi, quam severo
Prælia circumiêre cinctu.
Pro! qua pauentes diluuie premis
Gradive campos! non ita Moschicâ
Borysthenes egressus Arctо
Sol gelidas vbi clausit hirti

De-

Decembris auras, reddidit & sua
Rursus benignis sceptra Fauonijs
Per arua Vlodimiriani
Luxuriat spatiosa regni.
Et temperati non memor aluei
Obmurmurantis transilit impetu
Per terga ripæ, & cum reuulsis
Saxa rotat glomerata siluis.
Vt obstinatâ flammâ animi ruit,
In pallidorum mænia ciuium,
Chmielniciana Taurieanis,
Barbaries malè nexa signis.
Talis (Sonoro Papinij fides
Si danda plectro) pressit Agenoris
Bellona muros, cum seuerî
Argolicæ coiêre Lernæ
In arma ciues, quos nimiũ malo
Cadmæus exul traxerat omine,
Et ira Tydei, & crematandus
Fulmineo Capaneus igne.
Extra patenti longa suburbia
Prostant furori. Pars Scythicas subit
Collo catenas, heu! paternis
Non iterum reditura tetris.

Pars fratricidæ barbarico perit
Furore Rossi. non capiunt neces
Delubra. non discriminatâ
Tecta natant viduata cæde.
Flammis vetustas funditus eruit
Vulcanus ædes. aereum vorat
Fuligo tractum. nox fugatam
Exoculat tenebrosa lucem.
Intus latentem præco periculi
Clangore plebem buccina territat.
Lymphatus incerto pauentem
Dissidio secat error vrbem.
Luctus capaces & timor, & dolor,
Tenent penates, & tenebris fuga
Stipata cæcis, & sonoras
Voce trahens vlulatus auras.
Formidolosum mænia iam putes
Intrâsse bellū; sic trepidas ferit
Clamor plateas; sic per omnes
Mente carens volat horror annos.
Pallet iuuentus. præcipiti senes
Diem amputari stamine postulant.
Vallantur aræ. lachrimoso
Templa stupent vlulata planctu.

Strin-

Stringunt tenellam brachia pectori
Materna prolem. nil nisi barbaras
Mæstâ Zacynthæ Sagunti
Mente vident agitantq; cædes.
Huc ô gementûm pallida currite
Lamenta Matrum. verte metu vagum
Huc turba passum, vbi MARIÆ
Armenio stat Jmago cultu.
Hic non quieti castra Borysthenis.
Hic Tauricanæ tela ferociæ
Contemne. dum se VIRGO ponit
Castra tuo CLYPEVSQ; ciui.
O certa nostris ARA periculis!
Tu peruicaces deprime Russici
Prædonis ausus. Tu Geloni
Pelle procul vaga mõstra Krimi.
Jo! benignis Gloria Virginum
Plebis querelas auribus audijt.
Et VKraina & diuagantûm
Turba silet pharetrata Thracũ.
Sic cum Goanis prodit ab insulis
Ortumq; solis præuenit aurea
Eos curuli, nox retorquet
Lucifugam fugitiua currum.

Et concitatos, cogit in auia
Vrgente Phæbo lustra rapacium
Greges luporum, quos inani
Longa fames cruciauit æstu.
Jnauspicatis ite volucribus
Cruoris Hydræ. pergite, quo furor
Raptatq; vicatim sequace
Tysiphones sitis aucta luctu.
Nobis repulso suauior insonet
Pæan Gradiuo. ponite luridos
Ciues timores. Sequiorem
Lux melior fugat inde lucem.
Jnvsitatis, mœnia plausibus
Opem potentis tollite VIRGINIS.
Vos interim Mystæ Sabæa
Jndigeti date thura MATRI.

ODE II.

DOgma Regibus & Principibus cū author in quadā festiuitate B. V. MARIÆ legisset hunc titulum supra eius imaginem REGINA CLEMENTIÆ MATER AMABILIS.

Qualis

Qualis sereno fulget in æthere,
Sese explicantũ Curia siderum,
Ductrice lunâ principalem.
Per tenebras moderante rhedã.
Qualisue blando Nereus aquore
Sopita natis imperat otia,
Et cogit vt nepti silentes
Alcyoni famulentur Euri.
Talem quietâ gestet imaginem,
In fronte quisquis rector eburneã
Premit curulem, & quem fauenti
Turba minor colit ore Magnum.
Strictis catenat fulmina Juppiter
Captiua loris ne temerè in caput
Mortale sæuiant, pluentis
Cum tonitru tremit aula cœli.
Et cum seuerus vincula nubium
Perrumpit ignis, culmina præterit
Humana, & Oëtheas prehendit
Pernicie populante syluas.
Clemens benigni veris amanitas
Vernante scenâ lumina detinet,
At cuncta funestat gelatis
Tristis hyems comitata Cauris.

Tegi coruſco ſyrmate diligit
Frons magna cæli. degener efferos
Vultus colores, eligitq́;
Funerei tegumenta pepli.
O lenitatis MATER amabili
Lætare dono. blanda Tibi dies
Conſedit in vultu, & ſeueras
Expedijt placida aura nubes.
Qualis biſulco vertice deſpicit
Olympus imbres: quemq́; notauerat
Scriptor characterem, quietus
Æolijs manet in procellis.
Sic innocenti ſe Tibi Comitas
Inſcribit auro: ſic placidi nigrum
Nimbumq́; turbinemq́; mores
Virgineâ pepulêre fronte.

ODE III.

ITineratium Sereniſſimo REGI IOANNI CASIMIRO ad bellū Bereſtecenſe cum miraculoſa imagine Chelmenſi proficiſcenti. Cum in Ciuitate Leopolitana ſubſtitiſſet.

Quid

Quid Tyrannorũ latus hinc & inde
Stringit armorum seges? obseratos
Quid micat crebro vigil ãte postes
Igne satelles?
Non lacertosa iuuenvm Phalanges,
Regiæ seruant diadema frontis.
Nec truci iungens gladium ferox Bel-
-lona Gradiuo.
Vidit & doctis habitata Graijs
Græcia, & fracti Dea Roma mundi,
In sua vidit fluitasse magnos
Cæde Tyrannos.
Sola dos Regum Pietas aheno
Sceptra communit soliuḿ, muro.
Hæc obarmatos & inermis armis
Exuit hostes.
Curuet in mortes CASIMIRE cunctos
Territi CHamus metus orbis arcus,
His suis iungat furijs Ruthena
Terra furores.
Tutus obstantes quaties Chimeras
Lechus Alcides, geminata quamuis
Monstra ternarum socient trecentis
Sibila collis.

Si tuis iungit sua castra castris
Sueta Centauros cohibere VIRGO,
Et reluctantes solita aggrauare
Calce Dracones.

Qualis obliquo radio antecursor
Horridus belli rutilat cometes,
Pallido latè stupefacta complens
Regna pauore:

Castra vel qualis minitante luna
Baltheo Orion premit, & minorem
Siderum pubem nimis explicato
Territat astro.

Tbracio talis timor ibis hosti,
HAC obarmatus validusq; PARMÂ.
Sentiet talem fugitiua versis
Taurica signis.

Siderum cuncta Tibi Magne Princeps
Ad sua nutum DOMINÆ *Phalanges*
Militatura venient, & armis
Arma iuuabunt.

ô! Cui elisus cecidit repulsi
Non semel Martis fmgor! O fideli
Filij Castrorum Acies vocata Can: 6.
Carmine VERBI!
Cernis

Cernis vt grandi Scythica tumultu
Frendeat Luna feritas! vt altas
Thrax gerit cristas, tumidus Polonis
Prædo rapinis.
Heu Lecha labes maculosa fama!
Nostra iam trinas sanies cristas
Reddit in spicis sua colligenti.
Membra colono!
Nunc ad extremam dubij venimus
Aleam belli, vel honora pulchra
Laurea proles, vel amara fada
Victima mortis.
Amoue VIRGO decimum obruentis
Nos freti insultum. Tanaisq; monstra
Efferascentis, Scythicique cornu
Deprime fastus.
Prompta deuotum Tibi Martiales
Principis vitam rege per timores
Prompta pennato celeres veneno
Siste sagittas.
Stet Musurmanæ necis inter auctos
Tutus & felix cumulos, & ipsum
Concatenatum trahat in triumphi
Sole Tyrannum.

Sicta

Sic tuas demum Geticis decorus
Procidat victor spolijs ad Aras
Atq; Pangæo cumulet potentem
Thure Patronam.

ODE IV.

Salutatio Prædictæ IMAGINIS Ciuitatem Leopolim ingredientis, à Ciuibus Leopolitanis suæ Augustissimæ Maiestatis humillimis subditis.

Occurre passis obuia brachijs
Seq; ambedentes mæstitiæ dies
Procul leonio Leonis
Pelle Domus generosa nido.
Transcende Romæ gaudia bellicæ
Æquanda famæ. cum super Herculis
Euecta metas peruicaces
Deprimeret Dea dura Reges.
Aut cum superbus concidit vltimo
Labos Elisæ puluere, & æmulum
Carthago submisit decorem
Romulei seges alta ferri.
Tuas in ædes Chelmniacis migrat
Regina

Regina terris, cornua Ponticæ
Fractura Cynthiæ. hospitales
Pande fores; Superûmq; festa
Halent Sabæis templa vaporibus.
Assurge. totus cum Domina venit
Latusq; Reginæ coronat
Aligeræ comitatus Aulæ.
Quamvis per ipsas immedicabili
Ciuilis ensis vulnere transijt
Jmmanè costas, & Gelono
Patria stet rogus vnus igne.
Tamen serenos ferrea lætior
Post fata cultus indue. nam dies
Compensat omnes ista luctus,
Quam nimio tibi magna cæli
Determinauit Curia calculo,
Et mitioris temporis arbitra
E mille deprompsit diebus,
Post tetricæ mala longa nubis.
Jndè innocenti carmina Virgines
Rixâ PARENTI dicite VIRGINI.
Hinc casta metra promat agmen
Virgineæ puerile PROLI.
Pueri Salue ante cunas luminis editū

A PATRE LVMEN, PERPETVÆ IVBAR
ÆQVALE MENTI. bis PROPAGO
Virgine progenerata partu. (phori
Virgin: Salue ante pulchri tẽpora Phoſ-
Electa VIRGO. Cælibe fertilis
DEO MARITA. Altoris Altrix.
NATA TVI GENITRIXq̃; NATI.
Pueri Qualis minorũ Satrapa ſiderũ
Sol manè lenes per iuga montium
Deſcribit horas: tale noſtris
Sidus ades Puer alme tectis. (put
Virgin: Qualis coruſcũ de tenebris ca-
Non diminuto Cynthia promouet
Fecunda cornu: VIRGO noſtros
Sic recreas peregrina fines.
Pueri Vt pulchrà celſo vertice lacteũ
Florum gubernans germina lilium
In ſceptra ſurgit: delicatos
Sic Pueri color ambit artus.
Virgin. Vt explicato punicei roſa
Princeps theatri, per tepidos flagrat
Rubore campos; Virginalis
Sic roſeo pudor vndat imbre.
Pueri Quicũq; dulces aſpicit hoſpitis
Genas

Genas Puelli, proſpicit areas
Quas ſol & æſtiua poliuit
Cum Zephyro Zephyritis arte.
Virgin: Quicūq; caſtis Virginis in genis
Spectator hæret, Corycios lubens
Spectat colores, aut recoctas
Bis Tyrio trabeas aheno.
Pueri Vt in reclini compoſitæ iacent
Ceruice IESV Taygeti niues!
Vt Cygneis natat Cayſter
Vere nouo redeunte plumis!
Virgin: Vt tota Matris per niueū loçat
Cryſtalla collum Sarmata Carpathus!
Vt liberaliter reponit
Marmoreas Parus alba venas!
Pueri Sic ad pudicā lumina paruulus
Flectit Parentem: perſpicuo velut
Secreta panduntur sereno
Jn vitreis Heſebonis vndis.
Virgin: Sic intuetur ſedula paruulam
MARIA PROLEM: ceu prope limpidos
Cum blanda lux ſuadet, morantur
Chaoniæ volucres canales.
Pueri Annoſa ſurgat per Libani iuga

Ætas Cedrorum; despiciat Notos.
Transcendit illam quæ tenelli
Lambit ebur coma sancta colli.
Virgin: Circūfluentē verberet aerem
Palmis Jdume; rideat Africos.
Hanc vincit attamen decoro
Cæsaries Mariana ludo.
Pueri O delicati delitium poli!
Non tam patentûm mœnia liminum
Quam pandimus cuncti reclusas
MAGNE PVER TIBI mentis aulas.
Virgin: O suauitatum Regia! Numinis
O casta sedes! En patulos vides
Cordis recessus. hos perenni
VIRGO velis habitare iure.

ODE V.

APplausus Ciuitati Leopolitanæ cum alterius Imaginis beneficio Moschouiticos euasisset furores. in qua effigie MATER DIVINISSIMA vt omnium votis obuia esset, se in cameterio Cathedralis Ecclesiæ collocari voluit.

Vrbs

VRbs quæ Rossiadū Mater es vrbiū,
Sedes ingenij, magnanimi labor
Fortunate Leonis,
Doctarum Domus artium.
Nolo solicitum diuitijs metrum
Delassâre tuis. *Perpetuum nihil*
Quod fortuna caduco
In vulgus xenio iacit.
Fallaci populi ne tremulum Deæ
Incuruate genu. ne pedibus leuis
Vos aduolute mimæ, &
Seruo stringite basio.
Exiles animos vt pueros nuce
Circe lusca trahit. mens sapiens data,
Fluxa munera Diua
In se plenius inuenit.
Non me turrigeris mœnia nexibus,
Bellaciue labor distinet orbita;
Nec delubra prælatis
Exequata Trionibus.
Tempus cuncta vorat. nil homo cōdidit,
Quod non alter homo diruat.
Romæ est Roma cadauer.
Nec puluis manet Ilij.

Quamuis cum Patruo Cæsare littorum,
Latonæ soboles firma adamantino
Construxisset Apollo,
Propugnacula malleo.
Nunquam perpetuis prisca Semiramis
Moliri potuit mœnia sæculis.
Cum Structore supremâ
Vrbs Thebæa iacet die.
Si non belligeris munit ab amulis,
Degentûm Pietas oppida ciuium,
Frustra est murus aheno
Formidabilis obyce.
Hâc virtute trucis tela Propontidis,
Et consanguineæ ferrea Russiæ
Sternis prælia, nullis
Vrbs depressa periculis.
Hoc & fædifragos diceris algidæ
Expugnâsse dolos ariête Moscuæ.
Hoc vires cataphractæ
Exarmâsse ferociæ.
Nã postquã placido Numine municeps
Est ingressa tuam VIRGO Coloniã,
Consedit́q; Ducali
In Cliuo noua FAVSTITAS.

Jam

Jam tunc Spes Lechiæ pro sibi subditis
Jnconcussa sterit Parma Quiritibus,
Et ceu ferrea cunctis
Turris texit ab hostibus.
O quam solicitæ prætereuntium
Jnflexêre preces! duraq; non pigrè
Blandos in sua nutus
Traxit vota necessitas!
Conserua solitis dulce decus tuam
Vrbem subsidijs. Tuta sit Arctici
Jnter fulmina Martis
Rubræ gloria Rossiæ.

ODE VI.

DOnarium primi veris, quod obtulit author Reginæ suæ in paupere serto, Cum eius inuiseret tempore verno.

Herilem Effigiem

SI mihi VIRGO preciosa fuluo
Vnda Pactoli radiaret auro;
Si peregrinos generaret ater
Jndus elenchos.

Protinus pulchrum Tibi gemma sertū
Necteret longo peregrina ponto,
Subq; selectis onerata cerux
Staret elenchis.
Sed nec extractas mihi fert baluces
Cæteros Crœsus Tagus inter amnes,
Aut vehit fluctu properante dites
Hermus arenas
Nec Tibi nigri rubicundus Indi
Sic placet puluis: placet vt serenæ
Puritas mentis, niueoq; pulcher
Candor honesto.
Hinc Tuæ paruum mea vita fronti
Munus apporto, quod amica primi
Attulit veris manus, & reuersi
Copia Maij.
Floreat vernâ caput iu corona
Quod regit magni diadema cæli,
Quodq; bis seno variata cingunt
Sidera serto.
Accipis blando generosa VIRGO
Munus aspectu, quod egena promit
Dextra, sed risco locuples voluntas
Diuite donat.

ODE

ODE VII.

ENthusiasmus authoris ex aspectu messorū de rerum humanarum varietate. & simul debitæ gratiæ Virgini Leopolienſi, quòd quendam adolescentem, magnæ tum familiæ tum indolis ex hac mundi inconstantia in religiosum vitæ portum transtulisset.

VT in quietâ Triptolemi iacet
Sub falce proles! Celsius eminet
Hic culmus, & sublimiori
Agricolæ rapit ora spicâ.
At ille in imo pumilus aere
Minore surgit culmine. falx tamen
Et hunc & illum, rusticano
Sternit humi famiata saxo.
Et hunc & illum ponit in vnico
Fascis manipulo. surrige te pigro
Mens pressa somno. quamq; nostræ
Par glomeret meditare messis!
Calente donec sole meridies
Paulùm labores differat, & breuem
Donet laboribus quietem
Vt modicâ recreentur vmbrâ.
IMMOTA tali lege volubilem
MENS versat orbem. Celsus hic eminet
In plebe Rector. ille consul
Conspicuus comitante signat

Turbâ

Turbâ Kalendas hic dominum gerit
Stipante sedem vrbe foribus metu
Sceptrumq;, pomumq;, & timenda
Dat Ducibus populisq; iura.
At illa spicæ paruula curuitas
Imago turbæ est pauperis; indigi
Quæ pane nutritur laboris,
Et miserum lare claudit Irum.
At ima summis paruaq; grandibus
Qui mutat AUTHOR, dum placet vltimâ
Hos æquat vrna, & ponit æquâ
In cumulo tumuloq; lance.
Hic culmus esto Iulius. inclitæ
Ruina Romæ Iulius incliti
Ruina Cnei. funerati
Sarcophagus capulūq; mundi.
Heu quanta condis funera Thessalis
Vespillo campis! Ah melius senis
Vlture proiecta ossa Crassi,
Et Syrias domiture Carrhas.
Hic par, priori sit Mareotica
Cnetus Tyranni vltima. Proh! duæ
Quantisq; qualibusq;, quondam
Hæ Furiæ cauêre rixis!
Nunc colligato ceu geminæ iacent
In fasce spicæ. iam patitur parem
Pompeius; & Cæsar priorem.
Par soceri generiq; puluis.
Hic qui pusillum tollit humo caput
Culmus sit Irus. Te quoq; Regibus

O Ire

O Ire magnis vita fecit
Dissimilem, similem urna fecit.
Sed lachrymoso quid iuuat amplius
Plorare plectro? quid Cereris legens
Sepulchra, per sepulchra Regum
Perq; Ducum vagus erro tumbas?
Sit VIRGINALI gratia muneri
Importuoso quæ sibi conscium
Extraxit e Scylla camillum,
Deq; tuis Labyrinthe nodis
His expeditus naufragis, puer
Sic blandienti nauta celeusmate
Iocatur; vt iucunda naui est
Cynthiacam propè ripa Delum.

ODE VIII.

Panegyris MARIANO Panegyristæ M. D. Matthiæ Zimorowicz Consuli Leopolienſi Lyricam ſuam Poëſim in omnia feſta Deiparæ continnè elaborata eidem VIRGINI MATRI dedicanti.

POtentiori ſubdere nablio
Ceſſas minorem Calliope lyram?
Mydæne ſtultis ruſticanum
Arbitrijs adamare Pana,
Appollinaris quam metra barbiti,
Et ſopientem centum oculos chelyn
Præponis? ô longas inertis
Auriculas meritura aſelli.

Vt Con-

Vt Consul alto plenus Apolline
Hauris propinquis non leuiter labris
Fluenta Dirces! vt recluso
Tota patet tibi Cyrrha fonte!
Seu perfacetos cum lepidi arripis
Sales Catulli: seu mutilam pede
Nasonis efformas Thaliam;
Seu Itali generosiores
Rerum seuero pondere Silij
Æquas calores; melleq; dulcior
Corrector elimas Tibulli
Indole commodiore lusus.
Quam te canentem sæpè suæ Maro
Sentit sub vrnâ Melpomenes sono!
Probatq; riuo profluentem
Vena pari Venusina venam.
Fecundiori Papinius Deo
Succumbit, altè Pegaseus labor
Dum te leuat Mauortiorum
Per cinerem exuuiasq; Regum.
Discit vetusti floribus æmulum
Vates Canopi, cum tibi pampinus
Irrepit Hæmi, & inclitorum
Per celebres stimulat volare
Laudes Virorum. Gloria Cordubæ
Annæus, audit propria dogmata;
Cum per cothurnatas canorus
Prætumidijs graderis Tragædus
Clades Iambis. Iamq; suis iocis
Festiuiores esse tuos iocos

Fate-

Fatetur vltro Martialis.
Æmathiam rehumas Camænam.
Cum seu acuto Bilbilici sale
Ludis Poëtæ. siue tua entheum
Lucane succendunt vigorem
Bella tuo malè bella Magno,
Quam verò cunctis vatibus emines
Vates! bicornis cum iuga præterit
Arundo Parnassi, MARIÆ
Per memores operosa fastos!
Altùm Volantis tunc pudet altem
Alæ Caballum. Vaticini pudet
Cyrrham minoratam liquoris,
Pegaseæq; Heliconа calcis.
Quod nec prælro Pegaseum tibi
Tergum volatu sufficit, & minor
Vix Cyrrha proserpens nouenæ
Labra rigat calefacta turbæ.
J perge felix o Leoburgici
Maro, vel acer Pindare climatis,
Aduolue Consul ad MARIÆ
Virgineos tua plectra soccos.
Maiore nunquam (sol licet ambiat)
Jn luce viuent. se Libanus licet
Expendat in libros, notari
Non poterunt meliore cedro.

ODE IX.

DIthyrambus Victrici MARIÆ, cum Inuictissimus Rex IOANNES CASIMIRVS post victoriam Berestecensem DEO & Domino Exercituum, Matriq; eius Diuinissimæ solennes grates exsolueret, in templo Cathedrali Leopolienſi

SVrge miles Herculanos
Post labores, Herculano
Verticem submitte serto.
Cædium satur quiescat
Bosphori tanti per ensis.
Dum suorũ Tauricanus Prædo clades computat.
Tota latè Martiali
Verberetur aura cornu.
Tota montium Corona
Quæ LEONIS ambit Vrbem,
Tota tellus fulminantùm
Ingemat reuerberato Machinarum fulmine.
Laurus auro fulgurantem
Cingat Vmbonum nitorem.
Per cruore decolores
Pulchra laurus serpat hastas.
Per Gelono rubra tabo
Scuta, flexuosa grato Laurus erret licio.
Vince plausibus sonora
Martiæ theatra Romæ.
Vince victorum superbas

Post

Post peracta bella rhedas,
Et statiuis occinentûm
Ferijs, Pæana lætas Post curules militum.
Tolle plausum. dic MARIÆ
Militante fusa dextrâ
Ottomanæ Monstra Lunæ.
Dic in vna clade totam
Russiæ iacere Lernam
Se sub vna deprimentem Dic pyrâ Propontidem.
Siste delassare mundum
Fama Pompeij trophæis,
Et Tyrannorum rotare
Calce sub victrice colla.
Erutarum Ciuitatum
Quid canis ciues eodem Funeratos funere?
Parcius iam Scipionum
Pro Quirino bella Iano
Buccinator clamet Afer,
Ac reuulsis Byrsa tectis,
Quæq; cernit occubantem
Post diurna pensa solis Hesperugo Cynthium.
Quidquid vnquam laurearum,
Quidquid est victoriarum,
Quidquid olim glorioſum,
Quidquid ingens, retroactis
Vidit ætas prima lustris,
Id Coronali MARIÆ fronde palma pragrauat.
Expedi de nube frontem.
Sanguinis per alta nanti
Iunge sancta vela Naui,

Iunge fauſtos Leche ventos.
Flectè vultum per iacentes
Sub Gelona ſtrage campos, Ac aceruos oſſium.
Vaſtitate, Vaſtitatem;
Sæua ſæuis fata fatis;
Cæde cædem; ſtrage, ſtragem;
Terra Biſtonum rependit.
Et Polonas Boſphoranus
Latro mortes copioſis ſoluit Iol mortibus.
Deleatur indecora
Pugna nigro ſub Zborowo,
Cuius auram lachrymoſa
Manium preſsêre turmæ.
Cuius agros nuda paſſim
Morticina pinguiores Reddidêre Corporum.
Lechicæ iactura famæ,
Turpium Pylauciorum
Dedecus, feraciore
Meſſe creſcat in trophæa.
Et priorem pulchriore
Eluat rumore labem, Proſperoq; nuntio.
Quidquid in bellis Polona
Hactenus peccauit haſta,
Aut iniquâ ſorte geſſit,
Vna totum proſperato
Sub MARIÆ facta Marte
In Propontidis refuſo Pugna merſit ſanguine.

PARS II.

MARIA VIRGO FORTVNATA PRÆSES ET MAGISTRA TIROCINII Societatis JESV. AD BASILICAM DIVI STEPHANI PROTOMARTIRIS.

Tam superstes in incolumi suâ Imagine, erga plurimos munifica; Quam post fatalem sui Conflagrationem, toti Cracouiæ Socijsq; JESV lamentabilis.

ODE I.

EXpenditur beneficium, quòd cum hæc Imago tempore quo Gustauus Adolphus Prussiam inuaserat, solenni supplicatione circulata fuisset, pax inter vtramq; gentem breui interuallo coaluit. tum demum exponitur Protectrici Polonæ præsens calamitas.

QVid profanati crepuêre Martis
Æra? quid Suecis malè capta technis
Arctici pandos timet Ales Vngues
Prussa Leonis? Heu

Heu ſuis luget minor, in ruinis
Damna Pruthenus! quis amica Ledæ
Vltimo in nauem ſaliente vallo
Pignora promet?
Prome pacatæ gemina aſtra frontis.
Prome Lechææ Cynoſura Nauis,
Cuius e malis fugit aſpero-
-Venilia fluctu.
Sic Tibi feſtâ reſonet vetuſti
Stirps Craci pompâ; reſonent beatam
Sic Nurum Cæli populis refertæ
Voce plateæ.
Audias Iudith Syrium Tyranni
Demetens collum. Siſaræ interemptrix
Audias Iahel. Jſacæq; Mater
Debbora plebis.
Sic fretum mulcens Helice, trementes
Non tenebroſo rege crine nautas.
Perge ſic Eos reducem præire
Nuntia ſolem.
Prætor altarum Libanus Cedrorum
Sic Tibi toto ſua colla luco
Sternat, & curuum Dominæ reclinet
Palma Cadanum.
Sic Phogoræo Cypariſſus agro
Creſce, & excultos Balhamonis hortos,
Ac Saniræo refer innocentem
Palmite Vitem.
Floreas nunquam pereunte formâ
In ſinu pulchræ Terebinthe vallis

Non

Non time Cauros Rosa, non aniles
Viuida rugas.
Fallor? an bello fugiente pulsa
Ecruentatis Themis alma terris
Rursus inuisit, februatq; puro
Oppida rore?
Linque Lechæos Scytha Mars Triones.
Cumq; Gradiuo Dea Thressa Fratre.
Sic iubet nutu moderans Lechæam
Diua Coronam.
Liquit. actutùm per aprica Prussiæ
Faustitas rursus volat arua terræ.
Fraxinus belli migrat in virentem
Pacis oliuam.
Sed tuo quondam retroacta iussu
O columbino benè nota ramo!
Hasta Mauortis ruit obstinatos
Rursus in ictus.
Hinc vagus lictor Furor; exacutam
Dira formido vibrat hinc securim;
Aliger iungit Pauor implicatis
Lora catenis.
Stricta iuratæ Themidis refringit
Jura Sisamnes. Agamemno Troiæ
Jlium astutâ capit infidelis
Arte Sinonis.
Iam Gotæ Æthnæis furiæ caminis
Affatim æternos imitantur æstus.
Ac inextincti fluit inter ignes
Finno Veseui.

Sola

Sola Tu Sueci Liparam Furoris,
Sola flagrantem poteris Vesevum,
Et tripartitæ cohibere VIRGO
Colla Chimeræ.
Sic Tuo MATER foveas dicatos
Filios Nato. teneri Quirites
Sic Tibi crescant, & amet secundam
Tyro Palæstram.
Tyro qui pulchrâ generosus irâ,
Edomet fædi fera monstra mundi,
Et Patres Hector referat fremente
Hectoras Orco.

ODE II.

PAnegyris Rēdo Patri Petro Paczanowski Rectori & Magistro Nouitiorū Societatis JESV ad Sanctum Stephanum, Magistratū suum sub auspicijs Diuæ Virginis Patronæ Nouitiatûs ineunti.

ET obstinatæ per tabulas fugæ,
Vbi sequaces strictius imperat
Vitare Paupertas honores
Fabricij Curijq; leges,
Intaminatos præmia purpurant
Honosq; Mores. non datur æmulæ
Phœbus Phœbesue, obsoleto
Sub modio latitare, luci.
Sed non opacis ponitur vndiq;

Spectan-

Spectanda ceris, ipsa sui licet
Liquentis in modum lucernæ
Igne ministerij fatiscat.
Post tot laborum munia, non leues
Rursus labores emeritæ subis
Virtutis hæres, & quieto
Illa capis moderanda clauo
Rector Carinæ vela, secundius
Quæ nec Magister Iasoniæ ratis,
Nec rector Ægei gubernet
Experiens Palynurus alti.
Æquæ eminenti brachia ponderi
Longum futuri prouida temporis
Quærebat, arcanoq; Mater
RELLIGIO est meditata sensu.
Deliberato donec idoneum
Rursum probauit Te sibi calculo.
Et posse sciuit ferre tantam
Consiliis humerisq; molem.
Prospexit altè quam benè fortibus
Præceptor vsus pectus ad ardua
Durasset armis, stare doctum
Ambiguæ super arma Diuæ.
Non imparato quod variabiles
Casus duello prouocet, & trahat
Quidquid molestum est in lucrosæ
Materiem segetemq; laudis.
Et quam benignis subdita dirigat
Regi volentum corda Sodalium
Serena comitas habentis,
Ac vetulo melius Solone Leges

Leges amoris sanciat aureis
In filiali seruitio notis,
Blandisq; nutibus sequaces
Sponte trahat retrahatq; natos.
Ergo in remissâ rursus Ephebia,
Ac in tenellis Ductor Olympijs,
Hinc Patrus; hinc Matris; resumptas
Discat amor variare formas.
O ter secundis Præses honoribus!
Exercitatæ Cui licuit simul
Patrem MANVDVCTRICE Tantâ
Et pugilem simul esse luctæ.

ODE III.

PAnegyris Cuidam Mathematico, Matheseos suæ labores VIRGINI DEIPARÆ Manuductrici Nouitiorum Societatis IESV dedicanti.

MAiora sumo viribus. entheo
Per ima repens, inuia Spiritu
Tentare præsumo. remissas
Vranie reuocat Camænas.
Ad vsq; cunas solis, & æmulos
Lunæ labores, Pierio placet
Tranare nisu, quâ peramplam
Signa patent duodena Zonam.
Quâ purpurati Vesperis Arbiter
Propè admouebas astra Dioptrices

Labore

Labore pubi, quo remotè
Stelliferas penetrare causas
Terrasq; nosset; nec populariter
Per Clauianæ regna scientiæ,
Doctosq; KIRCHERI labores
Ingenuo graderetur ausu.
Vt tunc in alti sede Negotij
Solo imbuebas lumina Numine!
Cæliq; flammabâre flammis
Flammigeros peragrando cælos!
Quæ tunc profundo dogmata acumine,
Non quæ Magistri pulpita Socratis,
Nec quæ Cleanthis, aut senilis
Pythagoræ docuêre tusses.
Sed quæ creatrix de medijs dabat
Natura rerum viscеribus, celer
Exhausit indoles, ad vsum &
Nobilium documenta Morum!
Sic dnm redemptâ de tenebris die.
Aut præministro peruigil Hespero
Noctis stetisti, fluctuantum
Principia interitusq; rerum,
Mundiq; mortes, & vetitum diu
Durare summis, è specula vagæ
Lunæ tuebâre, ipse fixo
Intrepidus stabilisq; passu.
At dum eruditas nexuit artifex
Gnomon figuras, nec remeantium
Metas dierum & ordnatas
Ad numerum reuocabat horas.

Tunc

Tunc quo cupitæ præmia Patriæ
Dantur subibat tempus, & incito
Vrgebat ad maiora voto,
Pro patrijs subeunda fundis.
Tunc vana falsos terrigenûm tibi
Mouit cachinnos anxietas, breuis
Jgnara quòd puncti sequatur
Jmmodico peritura quæstu.
Et quod caducis vita vaporibus,
Aut fluctuanti par sit arundini,
Jn qua tenaci cæca longos
Gens animo sibi fingit annos.
Cùm verò certo Symmetriæ modo
Non visa terræ per loca callidus
Jres Geometra, & per omnes
Cosmographus gradereris oras,
Et dissipatas per maria insulas,
Et Amphytrites dissita littora,
Vrbesq; scriberesq; magnas
Cum fluuijs populisq; gentes.
Tunc regna Serus quæ videt Occidens
Ortusq; strictæ margine paginæ
Spectando comprehensa, fixâ
Crederis obstupuisse gnomâ.
Tantilla tantis siccine quæritur
Res sæpe tricis? sistite iurgia
Et bella gentes. Hoc ne punctum
Mille dolis periturq; mille
Depræliantûm mortibus agminum
Et luctuosis cum Ducibus simul,

Castro-

Castrorum aceruis, in superbos
Distrahitur rapiturq; Reges!
Dic quâ trecenæ Myriades, viâ
Juêre Xerxis? Dic vbi Romulis
Parthos fatigasti cateruis,
Crasse tuo cariture busto?
Vbi imperanti, par Socero Gener
Nolens videri, sub Ptolomæio
Jacet Canopo? aut Prædo felix
Quos Macedo peragrauit orbes?
Ast quando viuax Astronomum calor,
Altè cõegit viuere splendido
Jn sole ciuem; vel minores
Sole Patre enumerare natas.
Quâ nempe primos lucis anhelitus
Titan retexit; quas Soror occupat
Phœbæa partes; quâ Booten
Tardigrado piget ire curru;
Quales molestat frigore falciger
Senex planetas; quâ Jouis emicat
Regale sidus; vnde tristem
Mars rubeo iaculator astro,
Jnceſtat orbem; quis Croceam tenet
Lectus Maritam; quando per inuios
Lapsus Triones, iussa Patris
Fert patruo Joue natus Orco.
Tunc mens propinquæ stans licet eminus
Jmmersa scenæ, non sinè rorido
Nimbo salutabat genarum,
Elysij Patriam Sereni.

Hic siste cursum non popularium
Arundo laudum. cur sibi credulum
Per solis anfractus, trementi
Subsequeris Phaetonta calle?
Ab hospitali sideribus via,
Ipsam euagantis retrahit accolæ,
Amica lucubrationem
Vranie, dominisq; subdit!
Soccis MARIÆ. Macte nepos Auo
Qui docta condis secula Clauio,
Et condis Euclidi, vtriusq;
Signifero per aperta cæli
Vehende curru! rapta super Jouis
Crustata stellis atria, pagina,
Jnnube sæpius remoti,
Hausit iter, spatiumq; Phæbi.
At altiori non ijt hactenus
Præpes volatu, quam famulariter
Cum Cynthiâ se calceanti
Supposuit tua scripta calci.

ODE IV.

FElix itinerarium Bendo. Patri Gasparo Druzbicki Soc: Jesv ad Romanam legationem tertiâ iam electione selecto. cum ad Maternam MARIÆ DEI PARÆ Aram se suumq;. Magnæ Patronæ commendasset iter.

Ardet

ARdet auratas chelys inquieto
Hesperi cunas peragrare passu,
Iura quâ extendit Tiberis clientes
Tutor in amnes.
Vna terrarum Dea, gentiumq;
Romuli sedes, modo sanctiores,
Quâ triumphatum sine Marte leges
Mittit in orbem.
Nec tamen nullo præeunte, cæsi
Limitem Fratris, veteremq; lustro
Cæsarum nidum; tua figo per ve-
-stigia gressu.
Te bis excepit Tibris hospitali
Hospitem ripâ; bis alacriore,
Extulit lætus, capitis reuincti
Cornua iunco.
Siue cum docto dubios secares
Gordij nexus monito, & loquenti
Tullio, Patrum daret eruditos
Curia plausus.
Siue cum Maior Cyneâ, ambidextro
Ore, captiuas velut in triumpho
Duceres Mentes, ineratq; magnæ
Suada loquelæ.
Et tibi septem fremerent amici
Coltium tractus, & acuta balbâ
Per Quirinales resonaret Echo,
Voce reflexus.
Scilicet toti tua se probauit
Sanctitas mundo: quia se probauit

Arbitræ Sanctæ Pietatis Orbi,
Orbis Amori.
Tertius iam nunc Latiali Vbysses,
Congregatorum Sociata Patrum,
Vota fer Romæ; facilemq; Nestor
Exsere suadam.
Iper æternas hyemis statiuas,
Non acetoso memorande fumo,
Numinis multo sed agende Leche
Annibal igne.
Liberis cuius generosa subdis
Colla numellis Dominæ, clientem
Inter Alpinas facilè anteibit,
Præuia tricas.
Si tenebroso Ioue, discolorem
Iris assumat radians lacernam;
Hæc simul fiet, famulo, inter auctos
Penula nimbos.
Si per auulso capite, imminutas
Infremat Cori comitatus Alpes;
Inuij Coris eadem cacumen
Fiet Olympi.

ODE V.

PRosperum augurium, cuidam Prouinciali Soc: IESV, iteratis auspicijs, religiosos fasces capessenti, & pro bona sæua hostiâ Diuinitatis ad altare DEIparæ litanti, cum V-Krainensis furor, plures ex Eadem Societate Athletas, crudeli sustulisset immanitate.

SEmel lacertos eum positis Atlas
Submouit astris, Herculeo stetit
Onus labore; & magna vastam
Colla semel subiêre molem.
At tu senili, rursus in imminens
Ceruice pondus niteris, euocans
Vltrò labores. Tuta nunquam
Relligio magis in Polonis
Fundata sceptris constitit; arduam
Negotiorum nec melioribus
Onus reclinauit lacertis;
Aut dubio sinuosa cursu
Momenta rerum credidit. Erigit
Se quippè crudis cognita casuum
Ceruix duellis, & bifrontem
Parte refert ab vtraq; Janum.
Collecta in illam concitet Africus,
Contrariorum flamina turbinum;
Nimbiq;, ventorumq; castra,
Quodq; pauent timidi ora vulgi,
Exsibilabit. Quam benè prouidis
Regenda canis publica res datur!
Senile namq; per tot vsus,
Corporei sibi sentit æuum
Deesse quantum roboris; vtilis,
Adesse tantum scit sibi Consilij;
Nouitq;, quando confragosas
Naue premat superante Syrtes.
Illi rotatis, sub titubuntium
Perstare rerum turbinibus, dedit

Grandæua virtus, ac ſerenam
Jn nebulis retinere frontem.
Olim infideli credulus Æolo,
Falſuſq; miti Doride, miſcuit vltimum
Cum morte ſomnum, fraudulentæ
Ludibrium Palynurus vndæ.
At Tu ominatis ſideribus Pater,
LOIOLIANÆ per Lechiam RATIS,
Jnſcende puppem; fauſta perge,
Veliuolis dare vela ventis.
Quanquam fugatos, hinc latro, remiges;
Hinc diſſipauit tranſtra Boryſtenes;
Sanctisq; Manibus, rebelles
Schiſmatis infremuêre ripæ.
Quanquam pauentem, turbo minax Ratem,
Ad vſq; canæ frigora Moſcuæ,
Et vſq;, diſiecit, niuoſo,
Per gelidas Aquilone terras.
Jnhoſpitalis, nauifragis licet
Jus paruæ arenæ barbaries neget;
Arasq; fanaq; emerentûm
Nuda Helice premat oſſa Patrum,
At ne incubantis, defugiat tamen
Deuexa ceruix, pondera muneris,
Adhucq; nauſragam, peritâ
Flecte manu, bone Typhi Nauē.
Per te redibunt prima, reciprocis
JGNATIANÆ vela Fauonijs
Tranquillitatis, tranſituræ
Saxa tuis Lilybæa remis.

Ad iuſ-

Ad iussa DIVÆ quam DAPE Cælicâ
Et FRVGE placas. & Bohus & Tyras
Rossi Cethegi, & conquiescet
Sarmaticus Catilina Neper.

ODE VI.

PAnegyris Anagrammatica in nomen cuiusdam doctissimi Theologi vota Solennia Soc: JESV coram Imagine MARIÆ Nouitiorum Protectricis profitentis.

MARTINVS. SVM INTRA

NOn bis retincta murice purpurâ,
Gemmisue onusto vertice, fulgidum;
Sed Te nouo, suoq; clarum
Docte Pater veneratur ostro
Camena Regem. cedite turgidi
Orbis Tyranni cedite. Tu meæ
Rex esto Musæ. Te nec auro,
Nec nimijs opulenta bulgo
Monstrat videndum, copia luxibus;
Quos nec capaci Nereus, alueo,
Aluoq; nec ferax, utroq;
Terra potest satiare mundo.
At bracteatæ fulgur inaniæ,
Seq; arcuantis spernere poplites
Vulgi eruditus, Te Tuâq;
Americes, Asiæq; regna,
Felix Prouincia vincis, & inclitè

Fastidioso prætumidus pede,
Fascesq; fastusq; ac Auorum
Stemmata, Patritijq; Cinctus
Calcas nitoris. non tibi regiis
Sudat tribunal sub laquearibus.
Nec alluens circumfluentis
Vnda terit propylæa vulgi,
Opes, auarâ collachrymantium
Vespasianus, non minuis manu
Prouinciarum; nec coacta
Demetis Antigonus tributa.
At purpuratis maior honoribus,
Orbis patentem transilit ambitum;
Ditemq; prepollens, vbiq;
Rex animus sibi ponit ædem.
Non Te Deastrum sol adamantinus
Cingit Neronem; non variantibus
Plumas, Soloni, phasianis,
Argueris minor esse Crœsus.
Nec delicato regia byssino
Vestit Darium tænia: sed mero
Mens solis altior nitore,
Æthereas simulare formas,
Certatq; puram vincere gemmeo
Phaben duello; cum nitet integro
Illustris argento, remensa
Noctiuagi per opaca somni.
Tali intueris Maxima cernuum
REGINA Regem, murice Syrmatis:
Manuq; possides PROFESSI
Seruitium manuale serui. Tam

Tam Clara Cernix (si placida annuis)
Vltrò ambientis Te Saporem expetit
Valeriani; Te Sesostrim;
Teq. suum cupit esse Cyrum.
Calca innocentis Scipiada altior
Collum Syphacis. Non leuius (licet
Fatiget astrorum columnas)
Colla ferent onerata pondus.

ODE VII.

AVthor suæ Sanctissimæ in Neuitiatu MÆ-NVDVCTRICIS Sacrarium pio inuisit enthusiasmo.

QVâ primus, domino, Vistula Lechica
Ductor prægreditur gurgite flumina;
Et Craci exuuias, Magnificus lauat,
Viuis Vespa liquoribus.

Huc me Pegaseo deferat alite,
Qui primam meruit Martyr adoream;
Et cæli STEPHANVS sanguine quærere
Monstrauit Stephanomata.

Cuius, BATORIÆ munere copiæ,
Moles, laurigero condita Nomini,
Septenorum operum prodigialia
Audet vincere Nomina.

Non hic Æolijs æmula sibilis,
Errones oculos culmina distrahent;
Aut confusa cauis littora puppibus;
Non mirabor in arduos

Eluctata Notos fana; nec aureis
Jnueſtita tholis tecta; vel atria
Jn gyrum Phrygijs flexa ſcientijs.
Non hic carmine colligam.
Quo, poſt caſtra proci Martia Theutonis,
Et pulſos acie Ritigeri toros,
Paſſu, torua ſtetit femina, patrio
Se merſura ſub æquore.
Jllam emulticauo Viſtula pumice
Miratus, placidas ſuppoſuit manus;
Et lauit Dominæ corpus, ab incliti
Fumans puluere prælij.
Non muto, gelidos ſub tumulo Craci
Jnquiram cineres; nec viridi ſuper
Telluris cumulo, propatulum ſoli
Gnomâ metiar ambitum.
Maior vis animum pulſat, & enthea
Vulgares renuit Cyrrha lyræ fides.
Nec dictatum alias, diſcipulis ebur
Dictat Delius auribus.
Sacrorum, tacito fas mihi carmine,
Multo plena DEO limina, Puberum,
Et cælo ſimilis, clauſtra ſilentio
Obſeruare Lararij.
En vt compoſito, viua, volumine,
Frontis charta refert Aligerum notas!
Seu cum ſidereis mixta Tribulibus,
Exorabile ſupplici,
Vbertim recreat Numen anheliſu;
Ardentumq; habili mentis in Æthnula,

Quæ

Quæ cæli iaciat sub Capitolium,
Cudit tela tonitruum;
Seu ipsâ rutilam nube modestiæ,
Cum conferta fori compita perlegunt;
Et castâ, innocuas, e facie volunt,
Morum discere regulas.
Talis Sparta Tuo pendet ab vbere,
Altrix ingenuæ VIRGO Puertiæ.
In vultûs tabula, talia paruulis
Das præcepta Quiritibus.
Et iam sic oculos; sic socio, manus
Monstras ferre iugo; qualiter in tuo
Mitis temperies prælegit ectypo,
Et fuci nitor abstinens.
Materno docilis feruor Ephebiæ
Flammescit monito: quoq; semel stetit,
(Quamuis tot retrahat mundus amoribus)
Nusquam tramite deuiat.
Sub Te non humiles Martis adoreas,
Sancitasq; Patrum sanguine semitas,
Condiscunt iuuenes; quêis per inhospitæ
Tendant monstra Peruuiæ.
Maurorumq; plagas; & rigidam super
Noscant ferre CRVCIS STEMMATA Mexicũ, &
Trans rubro impositas Oceano insulas;
Ac atros Maris accolas,
Victricis Fidei Symbola, Gentibus
Clarâ morte probent. quæ Japonum libens
Discat barbaries, & patrio exprimat,
Toruus codice Brachmanes
Specta

Specta Mater Jo! Quam Tibi CLAVDIVS
Innubem facili fronte meridiem
Non vnus simulet! Quot similes sui
Cernit LAINIVS æmulos!
Aut quot terrigenas computat Angelos
Possessus nimio Numine COSTVLVS!
Quot GONZAGA Tuis, in iuuenum choro,
Plantas lilia lilijs!
Sunt qui per Cyprias Idaliæ faces,
O BERCHMANNE Tua Conspicui niue,
Ac per viperei spicula permeant,
Saluo flore Cupidinis.
Sunt quos Magnanimi castra XAVERII;
Delectatue Ducis gloria BORGIÆ;
Attritusq; nimis colla capacibus
BOBADILLA laboribus.
Ac vsq; à Latio limite SALMERON,
Dignatus Lechicum visere limitem,
Et famosa, Cracæ, Socrate doctior,
Rostra ascendere Palladis.
Fortunato alijs Allobrogum decus
Cæpto Petre places, non vacui FABER
Possessor tituli. ferrea in aureum
Cudens secula seculum
Illi in PASCHASIAS hi RODERICIAS
Succrescunt animas; iamq; GODVRII
Tumbæ post cineres, viua superstitat
In tot vita nepotibus.
Jam pulchrè tetrico despiciens pede,
TERGESTÆA Mitræ fulgura JAIVS,
Fastûs

Fastûs ingenui Doctor, & Arbiter,
Plures computat affectas.
Nec desunt teneræ scripta domesticis
Pubi exempla notis. Hinc SMOGVLECIVS;
Hinc paruos comites MECZYNIVS calor,
Magnis passibus anteit.
Perge! o perge Tua MATER adhuc rudes
Communire manu sedula plantulas.
Donec multiplici germine, nobiles
Euincant Libani cedros.

ODE VIII.

LAchrymæ ferales, quas fudit tunc Auctor, cum nuntium accepisset de combusta Beatæ huius Virginis Effigie.

Recede luctus. quo Meleagrides
In concremati puluere stipitis,
Matris nouercali sepultum
Sæuitie, gemuêre Fratrem.
Exaggeratæ cedite funeræ;
Fusiq; luctus à Clymeneio
Plangore, deplangente quondam
Patre fatum Phaetonta sole.
Non fabulosis luctibus indiget,
Veros dolores transgrediens dolor;
Qui luget, haud vnam, per vnum,
Spem miseris cecidisse casum.
Te Virgo plorans flebilibus gemit

Thalia

Thalia plectris. quam miserabili,
(O fata!) parricidiales
Exitio rapuêre flammæ.
Tibi ergo talem, non violabili
Trinæ sorores in tabulario,
Scripsêre legem? triplicato
Per tetricas adamante valuas?
Totumne nimbum Juppiter helluo
Tunc degulauit? Cunctane Principis
Ad iussa Neptuni, malignis
Nubila se tenuêre claustris?
Ne perduellem Mulciberi pyram
Sufflaminarent; & pluuiæ ægide
Incendiarios valerent,
A Domina prohibere myxos.
Atqui dolosis, noxia Troicis
Cum Juno classes, perderet ignibus;
Narratur omnes fœdâsse
Vna Aquilo legione nubes. Æneid 5.
Totoq; cœlo desuper humidos
Fudisse nimbos; & tonitru cauas
Implesse ripas; vstulantemq; —
— Aratibus pepulisse Lemnon.
An tunc ad ipsos Vistula pulueres,
Aquas parenti miserat æquori?
Quod à Patrona matricidam
Non potuit remouere flammam?
Malles vetustæ mœsta CRACOVIÆ
Fortuna, toties censibus exui.

Nec

Nec tam grauatè cuncta ferres,
Jn cineres abysse tecta.
Quam VIRGINALI destitui tuos
CONCIVE ciues non reparabili
(Si calculatrix damna penses)
Heu superas mala cuncta damno!
Quæcunq; magnæ Vandalus incapax
Sortis, seueris legibus intulit;
Quæcunq; præliante Mauors,
Parturijt duodennis æuo.
Non sic doleres, pollicitam tibi
Jn educando semine, si fidem
Ceres negâsset; aut nociuo
Sirius incubuisset astro.
Vel si eliquato luxurians Ioue,
Se detinentem Vistula carcerem
Fregisset, optatosq; agrorum
Agricolis rapuisset vsus.
Vel cæca retrò lumina flecteret,
Quæcunq; fluxit sors, Acheloõ
Benigna cornu, luctuoso
Fata minus paterêre cultu.
At nunc remissis iure doloribus
Laxas habenas. iure cadentium
E fronte torrentûm, tepentes
Ora gerunt lachrymosa sulcos.
Non vna in vrbes irruit vberum
Phalanx malorum, quas steriles facit
Diuûm clientela, ac inanes
Marte suo sinit esse muros.

Sic

Sic expiaret cum Deicidium,
Vespasianis sub legionibus,
Derelinquente se inquilino,
Vrbs cecidit Solymæa cœlo.
Proh dira plantatus materies! Cui
Bellona Fratris sæua peperçerat
Germana Martis! quam minante
Præterijt LEO Suecus Ungue!
Cum Pax recepta pulchra POLONIÆ,
Gustauiano se tumulo extulit;
Huc illa decreuit venustas
Exiguum in cinerem MARIÆ,
Quam tunc acerbo fulmine perculit,
IESV nouorum corda SODALIVM
Jactura tristis! cum viderent
Sacrilego, sacra Matris ora,
Ardere busto. Non alijs tener
Tùm diffluebat Tyro doloribus;
Quam si crematuro Perilli
Inijceret sua membra Tauro.
Lugete castæ germina Gratiæ.
Plorate IESV delitiæ: quibus
Sub SE PARENTE, filiales
VIRGO dedit didicisse mores.

PARS III.

DIVA JAROSLAVIENSIS IN PRODIGIOSA SVA IMAGINE, VIVIS, VITAQVE FVNCTIS, BENEFICA.

ODE I.

TRibutaria MARIÆ Poloniarum REGINÆ gratitudo, cum Carolus Gustauus Rex Sueciæ e Ciuitate Iaroslauiensi celeri fuga se propripuisset.

AVdite gentes. Seu vbi luteo,
Eliminata nocte, renascitur
Aurora partu, & solis ortum
Anteuenit venientis, ortu.
Vel quas Atlantis, pomifero Hesperus
Inaurat auro: cum solitos dies
Finit labores, ac Iberum
Fessus adit, rediturus, amnem.
Audite crebris quas tenet humidus
Auster procellis; quasq; premit pigro,
Septemtrionis Vrsa plaustro;
Et Scythici labra rauca Cori.
Ille! ille! Sueci climatis Hercules
Regniq; Achilles. Æmathij Ducis
Rex ille raptis e Dario
Nobilior grauiorq; palmis! Feli-

Felicitatis ianua Sueticæ!
Et vna Martis gloria! sic fugit;
Anhelat vt tremens sequaces
Quando aquilæ lepus horret vngues.
Vbi feroces Carole Patrij
Minæ Leonis? Tam citò flammei
Iam parcus ardoris prehendit
Degeneres latitando noctes?
Audite terræ Numina. Maximi,
Audite Reges. Iustitiâ thronos
Firmate. Sospitis salubres,
Iustitiæ retinete leges.
Vt regna condit Iustitiæ manus;
Sic seruat aquè condita. Corruunt,
Quascunq; lauros, temperata
Non sequitur Themis æqua lance.
Sic prosperato iudice vixerant
Solone Athenæ. Sic stetit Æaco
Ægina felix, sic placentem
Reddideras Rhadamante Cretã.
Cuicunq; Regi quod libet; hoc licet;
Pyrata regnat. Neuit araneus
Regum paludamenta textor,
Ius rigido quibus est ab ense.
Ergo fugacis sanguine Vandali,
Spretum Polonus Nominis eluit
Calcati honorem, persequente
Terga premens fugitiua ferro.
Procede fausto Numinis omine
Polone miles. Te præit innocens,

Inta-

Intaminatæ Veritatis,
Cum niueo famulatus Æquo.
Ardorq́; legum nobilis, & Fides
Iurata cælis, & Patriæ Parens
Erepta Libertas, sacrisq́;
Relligio malè pulsa templis.
Excede regno perfidiæ notis
Infame nomen. Iustitiæ Gote
Excede labes. prouocatâ
Te Nemesis comitatur irâ.
Tibi cohærent lurida flebilis
Lamenta plebis; Mæstaq́; luctuum
Cohors; & insani tumultus;
Et rabidæ fera signa cædis.
Te septa auernis Hæresis anguibus;
Errorq́, mentis cæcus; & omnibus
Soluta legibus libido;
Anteeunt titubante gressu:
Te pone serpunt busta, iacentium
Hinc inde Diuûm; postq́; Equitis sedent,
Dorsum fugacis, dirutarum
Naufragium interitusq́; legum.
Exterminato te Superûm premunt
Delubra cultu; Te petit vrbium
Iactura; vecordemq́; rapti
Sceptra agitant aliena regni.
Cur verò Suecis Russia contigit
Limes triumphis? vnde cupidinem
Ceu meta Iaroslavianæ
O superil stitit vnda ripæ?

Tu ne-

Tu noſtrum Aſylum, Sueca tenacibus,
Irretijſti prælia caſſibus;
Vt abſq; ſpe fugæ tenetur,
Carpathio fera capta reti.
In Filiorum Te Duce Patrius
Calente ſanguis, corde rebullijt;
Scabroq; limata in iuuentam
De ſenio redière pila.
O fulminatrix! Threycij Tuo,
Olim fugati fulmine, vertagi;
Et lucis inflictu Gelonæ
In tenebras abière Lunæ.
Pro Sarmatarum ſupplice flecteret,
HEDVIGIS armis cum Superos genu;
Protenderetq; Diua palmas,
Ante tuos gemebunda nutus.
Sed nunc Gotunnos cum ſubito fugas
Metu Leones; maior adorea;
Maiorq; per noſtros triumphi
Materies, inueneſcit agros.
Audite gentes. quòd Carolus cadit
Democritæo dignus aculeo.
Quòd miles, Arctous probroſo
Anteijt ſua fata tergo.
Quod Seruitutis vincula, Lechico
Ceſſére collo. quod Patriæ redit
Redempta libertas, POLONÆ
PRINCIPIS imperio redempta eſt.

ODE

ODE II.

VOtum, ad Portum Lechicæ Salutis, DIVAM JAROSLAVIENSEM DOLOROSAM, pro Polonia dolorum calamitatumq; exercitu obsessa.

SEV Te secundis astra volucribus,
Ad vda Sani littora, Rossicis,
O Sideralis Splendor Aulæ,
Præsidium posuêre terris:
Seu feriatas, inter ouantium,
Ministra pompas, Aligerûm cohors,
SOLAMEN & SALVTIS ARAM,
Pro querula stitit orbitate.
Lux, æiternis candida Russiæ
Notanda fastis; quâ propè cærulum
Narraris Inquilina SANVM,
Frugiferos habitâsse colles.
Tunc auctiori fax Hyperionis
Fulsit tributo; quâq; nisi annuo
Splendet paludatus recursu
Cyclade condecorauit armos.
Intemperato tunc procul Æoli
Fugêre mentes turbine. Sarmatæ
Septemtrionis Caurus hæres;
Et pluuiæ Pater Auster æthræ.
Sed casta matris germina Chloridis,
Emunctioris naris Etesiæ,
Ad metra musicit Fauoni
Per liquidum salître sudum. Quin

Quin mollicelli Maius agonij
Cosmeta, toto dona penario
Effudit, vt posset DOLENTEM
Obsequio recreare MATREM.
O quam profundum tristitiæ salum,
Fecit nefandi criminis artifex
Judæa! cum DEO, paratam
Mors reperit MORIENTE mortem.
MATER DOLORUM mæsta! POLONIAM
Matrem dolorum, solue doloribus;
Quam circumambit aggregato
Obsidio Casilina luctu. *Liu. lib. 23.*

ODE III.

ENcomium Rēdo Patri ANDREÆ KANON
VIRGINIS IAROSLAVIENSIS miracula
metro lyrico elaboranti.

SI quando pulsis, de facie Notis,
Amæniores, culta panegyres,
Thalia lusisti; serenos
Nunc Cytharâ meditare cantus.
Mens non profano feruida subsilit
Enthusiasmo, nec solito flagrat
Audetq; vocalem MARIÆ
Officio celebrare Musam.
Salue eruditi pignus Apollinis.
Vates, acutis à puero iocis
Nutrite. Musarum voluptas.
Pierij columen Senatûs.

Te na-

Te natum ab ipso sedula sustulit
Minerua partu. Te sibi conscium
Musæ obstetricantes, alumnum,
E medijs rapuisse matris
Narrantur vlnis; & placidè super
Congratulantûm murmura nubium,
Lenemq́ portatum per æthram,
Jn bifido posuisse Monte.
Jllæ & tenellas Coryciâ rosæ
Strauêre cunas sindone; & albula
Primo sopore dissolutis,
Lilia suppositê membris.
Et dum petebas lac, puerilibus
Puer labellis; paruula largius
Labella, potauêre docto,
Nectaris Ambrosiæq́; lacte.
Jam tunc in ipsis carmine crederis
Fleuisse cunis non popularium
Tunc vim metrorum, à Pædagogo
Diceris ediscisse Phæbo.
Jam tunc amico Zodiaci sinu,
Cinxere natum sidera; & insimul,
Caurosq́;, Caurorumq́; matres,
A genesi populere nubes.
Jnusitatos, tunc Clymenèiæ
Frolis venustus sol Pater, ureo
Non erubescendâ Poetæ
Jndole, deproperabat ortus.
Tunc subiugatis vecta Fauonijs,
Cooq́; late splendida pallio,

Nunquam

Nunquam sagaciore pictos,
Aonidûm Zephyritis arte,
Poliuit hortos. aut operarias
Pratis Hymmetti iussit Etesias,
Intensiore discolores,
Veris opes celerare penso.
Iam spontè paruos stare geraria
Vix erudiuit Melpomene gradus,
Aptoq; tunc balbutientes
Dimiduo viduare voces;
Mox vel virenti consita gramine,
Phæbo sacratæ littora Phocidos;
Longeq; visendi petebas
Vaticinas Heliconis ornos:
Vel per recedentúm inuia nubium,
Canamq; Thetym, sessor in alitis
Tergo ferebaris Caballi;
Quâ gelidis patet Hæmus antri
Ibas per auras; & teneros dabant
Auræ cachinnos; nec sine plurimis
Latus coronabant choreis,
Phæbo alacres feriente chorda
Iam cúm vocaret, Pegaseo sopor
Lassum volatu; tunc vel in herbido
Pindi torali; vel remotæ
Florigeros reduci parabant,
Sub rupe Cyrrhæ, Castaliæ toros
Fratri sorores. Hæc virides Hyblæ
Prædata conualles, recenti
Messe manus onerabat; illa.

Ab vſq; Jbero detulit aureos
Atlante fructus; vel quod Eleuſiæ
Lar Matris, ignium caminis
Jn medijs alit Æthna Tybur.
Quin tota caſto turba Choragio,
Lectum ambiebat; qualis in Attica,
Circa ſuum denſata regem,
Plebs apium glomeratur ora.
Hinc filialis Magnificos calor,
Horatiano pectine cultius
Patrum redorditur labores;
Et tenerum Genitricis ortum;
Primiq; ſolers grandia ſæculi,
Condit futuris acta nepotibus;
Auiſq;, Patribuſq;, curat
Per ſimiles redhibere natos.
Hinc per capacis regna Poloniæ,
Tot iam tuorum lumina dogmatum,
Doctæq; lucubrationis,
Jngenij ſpatioſiore,
Seſe refundunt flumine, copiæ;
Et eruditæ pignora Palladis,
Cognata Muſarum coronant
Atria, Apollineoſq; poſtes.
Feliciorem non alias tamen
Enthuſiaſmus ſumpſit arundinem;
Quam cum Marianorum acutus,
Per ſeriem numerator iuit
Miraculorum. non imitabilem
Tunc ſe probauit Pallas, & Orphei

Transgressa maiestate plectrum,
Ipsa suas superauit artes.
Talem Latinis Te Pater altius
Thalia vatem sustulit Alpibus;
Doctoq; maiorem, Magistro,
Discipulum dedit esse Phœbo.

ODE IV.

PAnegyris Rendo. Patri Alexandro Lorencowicz in Collegio Soc: Jesv ad Ædem Diuæ VIRGINIS CAMPENSIS Rectori, cum fortunato auspicio suum inchoaret Rectoratum.

TAntumne Diuûm Progenies Honor,
Aurata Regum peruigil atria
Obseruat? aut ambit decorâ
Cæsarcum diadema Sphæra?
Solumne lustrat limina Principum? &
Conchyliatas Pontificum decus
Ornat Tiaras? aut sereno
Per titulos memoresq; fasces,
Fulgore lucis ridet? & arduo
Per emicantûm sidera frontium
Coruscat igni? ad vsq; clari
Decus inuidiamq; Phœbi?
Et inter altæ septa modestiæ,
Honos amaro, tutus & integer
A Zoili, Momiq; morsu
Ingenuo radiat decore.

Quanquam

Quanquam antenatas spernit Origines,
Et fulgurantis ludicra gloriæ,
Crudâq; paupertate ceras
Patritias, titulosq; mutat;
Quanquam excitatas plausibus, ingredi
Per Conciones nescit; & obuiæ
Prensantis ad fluenta turbæ,
Stat Rhodio similis Colosso.
Non illi auaro Memnonius vehit
Tributa Titan æquore; nec tegit
Lixas sub ostro mille curas;
Aut niueis bibiturus haurit
Venena gemmis: sed nitet in suis
Formosus vmbris; nec caput anxias,
Aut ponit, ad tumultuantis
Arbitrium populi secures.
Non imperantis, sedula vernulo
Ab ore pendent, seruitia ordine:
Non turba; non herile densæ
Pone latus fluitant sarissæ.
Nil possidentem, pauperies suo
Diues tributo, Cæsareis parem
Æquat Coronis: ipse Princeps,
Ipse sibi vigil est satelles.
Illi mariti candida pectoris
Marita, nullus Gratia mitibus
Inscribit astris; & paternæ
Innocuo notat igne malas.
Et pro superbi tegmine muricis,
Leni decorus sole meridies,

 Cognata

Cognata Comitatis ora
Iridibus, vario æquat ostro.
Tali quieto Te Pater ambitu,
Honos fauentis iudicio poli
Quæsiuit, & CAMPESTRIS vltro
Sceptra dedit moderanda DIVÆ.
Centum tonantis Creta Parens Iouis
Gubernet vrbes. Eyrsa per exulem
Stet conditricem. Roma septem
Occupet ambitiosa cliuos.
Dum nec Quirinus, vllius honor, tuo
Fasces honori præferat. Arduus
Honorq; Splendorq; est MARIÆ
Morigeris placuisse factis.

ODE V.

VOTVM pro R. P. Stanislao Ierzykowicz VISITATORE Societatis IESV per Poloniam; cum vix curatis vulneribus quæ ei sacrilega Vkrainensium barbaries inflixerat, pestifera lues infecius dubium vitæ decumberet.

LEX nata. lex est. Alterius mali
Finis, futuri est principium & gradus;
Vnoq; Magna regna, raro,
Funditus interiere casu.
Quos lusca celso deijcere incipit
Fortuna cliuo, propositos tenax
Frget furores, aggerendo
Præteritis nouas damna damnis.

Ergo ne

Ergone noſtræ non dabitur quies
Moduſq; cladi? nullane mortium
Vel laſſitudo? vel tenebit
Cælicolam ſaties mucronem?
Non dum madentes è ſanie tepor
Deterſit agros ſolis; adhuc cibus
Feralis alitum, per ægros
Oſſa iacent inhumata campos.
Et ecce triſti ſemine pullulat
Nouata clades; in populos furit
Corruptus aer; & relictas
Dira Lues populatur vrbes;
Parumne magnis funeribus datum eſt?
Paucosne ſtruxit Tyſiphone rogos?
Coniurat in noſtras Gradiui
Poſt rabiem, quod & aura mortes?
Eia ô labantem præſidio tenens
Regina mundum. præcipiti fores
Occlude leto. pelle pollens
Peſtiferam medicina tabem.
Letale contra, non venies recens
Medela virus. non ſemel vlcerum
Chironiorum, bullientes
Expulerant tua iuſſa peſtes.
Sed ægra acutis, cum premet înfera
Juno dolorum, corpora vertrahis;
Tu ſingulari cinge magnum
Subſidio ſtudioq; Patrem.
Cui tunc ſupremum, per Lechiam poli,
LOIOLIANÆ præſidium RATIS,

Decreta ſanxerunt; POLONÆ
Cum dubius timuiſſet orbis,
Gentis ruinas. Eſt Superis adhuc
Eſt cura noſtri. cum placidi, vtilem
Noſtræ dedêre proſperato
Sidere, Timoleonta Spartæ.
In hunc latrones Dacica ſtrinxerat
Erynnis enſes, & furialibus
Dies nefaſta fauit auſis;
Barbaricæ geminatus hæſit,
In Conſecrati vulnere verticis,
Ictus Machæræ. purpureum manus
Stillauit imbrem; quo paludes
Siluicolæ maduêre Ratni.
Heu! quam profundos barbara lugubri
Menti, dediſſet plaga ſodalium
IESV dolores! cymba tanto
Quam gemeret viduata Typhi!
Jam ſemicæſam ni tegeret tua
Tutela vitam; totq; rapacium,
Strictos Hyænarum molares,
A trepido pepuliſſet agno.
Et nunc calentes, in caput vtile,
Infectus æther agglomerat febres;
Per membra iam contagioſus,
Explicuit ſua ſigna morbus.
Extingue flammas. O Epidauricis
Mali venenum, tolle potentior,
MARIA ſuccis. longiores
Præcipuum Tibi pigneris annos,
Soleſq;

Soleſq; viuat. ſolicitus ſuas
Spes ille Virgo collocat in Tui
Fauoris vmbra. Te medentem
Voce vocat gemituq; Matrem
Sis MATER ægro prouida Filio.
Sic ipſe, pro ſe. Sic Tibi ſiſtimus
Jam nunc Sodales pro Sodali,
Polliciti rea corda voti.

ODE VI.

GRatitudo Soterica Diuæ Cumpeſtri. cum ope eius idem R. P. è peſtifera conualuiſſet tabe.

EXorant humiles placatũ Numen acerræ.
Conſeruat quos diligit Author.
Jpſa licet veniat reſeratæ ianua mortis,
Ad dubiæ confinia letes;
Si Dominatoris faueant mandata Tonantis;
Vaneſcent tela irrita leti.
Viuis magne Pater. dubitataq; ſidera cernis.
Incolumis ſtas munere cæli.
Extimuit, IESV Sociorum, tetra carinam
Mors, tanto ſpoliare Magiſtro.
Læta ſua, domitæ poſt liuida vincula peſtis,
Relligio recreatur Alumno.
Quæ tunc, cum rigidæ ſtarent diſcrimina Parcæ,
Perſoluit tibi, præmia morum,
Relligionis amor! quantis tunc anxia votis
Arſerunt certamina Patrum!

Quam largo fratres maduerunt vore! dolētes,
Rumor vt hic impleuerat aures!
Non pullata Numæ sic fleuit Curia lectum;
Aut carum sibi Thetis Achillem:
Non sic prostratum, cum cerneret Hectora, flētu
Vulgus erat miserabile Troiæ.
Vt tua fraternæ timuêre pericula mentes,
Vt crebro stellata precatu
Regna fatigarunt; positæ ne Numen in arce
Differret suffragia vitæ.
Ergo venenati, sicut per tempora morbi,
Fraterno gemuêre dolore;
Sic post ereptam de fati legibus vrnam,
Instituunt candoris agonem.
Hoc est clementi moderamine condere leges,
Quodq; iubes faciendo iubere.
Hoc est non ferri, quâ ducit celsa potestas.
Sed magnas sibi demere vires.
Sic humana rapit sceptri lex pectora; mixto
Sic fidit reuerentia amori.
Laxatis igitur, fraterna per agmina frenis,
Latiæ dum scinditur ardor,
Et mihi promissi, iucundum est, debita voti,
VIRGINEO defigere posti
Defigo. affususq; tuam, placidissima lapsi
Spes mundi, procubuor ad Aram.
Tu das MAGNA tuo vitam REGINA clienti.
E media Tu morte reuellis.
Non hic quæ latitat doctis Chironis in antris,
Herba suo valuisset odore.

Si cunctos,

Si cuncto, in cumulum coijssent gramina succo,
Terra quibus Nabathæa superbit
Nunquam nativo, potuissent frangere virus
Pestiferæ medicamine tabis;
Ni tua, Pæonijs, medicina valentior herbis,
Membra habiles revocásset ad vsus.
Pro cari vitâ, Capitis blando accipe nutu,
Quod modicus dat munus alumnus.
Accipe, quemq. semel seruasti VIRGO. secundæ
Illum fac decurrere lunas.
Nã non vilẽ animam; sed magni pignus Olympi,
Te studio seruásse benigno,
Nouimus. Hac tutè grauidarum maximarerum
Se moles, ceruice reclinat.
Ista manus, nostrã nunquã sine Numine, mille
Duxit per discrimina Nauem.
Cui comes est semper, celeris solertia mentis;
Et nullis concussa procellis
Temperies; casumq. animus pugnator in omnẽ;
Ac oris præsigne serenum.
Vt sc continuâ voluunt vertigine cæli;
Vt Phœbi rota stare recusat;
Ad consanguineum, ceu tendunt flumina pontũ,
Perpetuo labentia motu;
Sic illum Sancto redeuntes ordine fasces,
Et nunquam intermissa laborum.
Lassauit series. Ergo quod viuat, in illo
Religio restrata reuixit.

ODE

ODE VII.

Grati animi propensio erga quendam in Templo Mariano Campestri Concionatorem frequenter in laudes Deiparæ excurrentem.

Quis ille celsa Doctor ab exedra,
Pluſquam diserti flumine Tullij
Exundat? & siticulosas
Grandiloquo rapit ore turmas?
An fulgurator fulminis in modum,
Doctas Pericles agglomerat faces?
Tonatq́; permiscetq́;, Graiæ
Post cineres, fora densa turbæ?
Quartumnæ, Græcus de tumulo redit,
Victurus æuum Cygnus? & Atticæ
Lepore Suadæ confrementum
Castra Ducum, bibulasq́; vulgi
Demulcet aures? Cæligenæ Pater,
Tune Hippocrenes, dulcè liquoribus
Assuete? Sic est. Nosco magnas
Mentis opes, nimioq́; plenum
Tonante pectus. Nosco perennium,
Quæ copioso dona penario,
Dispensat æther gratiarum,
Delitias, facilesq́; cæli
Nosco fauores. O rutilantibus
Æquale fidus sideribus: recens
Olumen! O nutrite puris
A puero Seraphine, prunis. Assue-

Assueta doctis secula fabulis,
Amphionæis excita barbitis,
Repsisse saxa; & concinentis
Ad numerum salijsse buxi
Finxêre siluas; flumina præpetes
Frænâsse lapsus; lenè volubiles
Risisse fontes; dissidentes
Æquora composuisse liter.
Et tu peritâ voce, Ceraunijs
Æquanda flectis pectora cautibus;
Auresq; inauritasq; mentes,
Aonijs meliore plectris,
Suasor còèrces compede; melleâ
Mollisq; Suadâ. Da Pater igneos
Spectare vultus. da clientes
Ambrosiæ vacuare linguæ,
Cælestenectar. quemq; capacibus
Deum recondis sub penetralibus,
Non parcus, in stantûm frequentem,
Sparge manu locuplete, cætum.
Auditis Jo! Chrysologi sono,
Circumfrementis rostra Poloniæ,
Feruere! vel Chrysostomæâ
Vtiliter recalere linguâ!
Licentiosum seu populi nefas,
Vltore vultu Magnanimus pugil
Castigat; & fugat vetustâ,
Multiplices statione noxas;
Seu sulphuratas Tænarij pyras
Accēdit Orci; cum subito tuba

Reos

Reos resuscitabit ære,
Et nimijs elementa solues
Vulcane labris; cum malè sordidus,
Jn confluentûm carcere nubium,
Sol ora condet; comminutum
Et gemino cadet axe cælum.
Videtis! vt plebs conscia criminum,
Jn eruendis gnaua remorsibus
Desudat! vt emersa fædas
Flagitij refugit lacunas!
Vt ille amores, totaq; Cyprij
Heu! purulentus vulnera missilis,
Emendat! hic fastidi sum,
Sponte, supercilij tumorem;
Quæq; immodesto quæsijt ambitu,
Æstuq; stultæ ludicra inaniæ,
Condemnat; & claudit latente
Splendidè inops sua dona veste,
Jlle inquieti, perutilem lucri
Viscum perosus, Syripheas libens
Eiurat, effugitq; fraudes;
Et variam simulare frontem
Dediscit, vltrò concolor, & caues
Exulcerato vulnere ne vorax
Gangræna serpat; publicaniq;--
--Egregios imitando quæstus,
Quod versipelli merce, Prometheus
Æs corrogauit, quadruplici luit,
Redditq; mulctâ; seq; plorat
Tam vitreis inhiasse bullis.

Hic

Hic sparsa multo iurgia sanguine:
Ille ebriosi pocula Liberi
Exhorret; in cæde helluantes
Sævior hic retinet Medusas;
Totâq; pulsis fronte, Neronibus,
In Gratiani transit Etesias;
Nectarq; Traiani; tuosq;
Melle migrat Tite plene moros.
Totus latentes, grex Erebi sinus,
Te Christiano, recta Demosthene,
Suadente linquit; arcuato
Vt nebulas fugat Iris ostro.
Pro! quæ refusis Callirrhoes aquis,
Fecundiori præmia Gorgiæ,
Suoq; Nestori, suoq;,
Pro meritis LACHRIMOSA MATER
Debet Platoni! funereos minus
VIRGO dolorum sentit aculeos,
Cum sanctior, MATRIS DOLENTIS
Isocrates modularis auri.
Tu Christiani Mercurij typus,
Cum per MARIÆ nomen, Hymettio
Condis Panegyrista dotes
Nectare, Carneadis vetusta
Fit muta Siren. conticet Ogmio
Tractus per aures torquis ab Hercule;
Callisthenisq;, Cygneiq;
Suada silet taciturna Plauti.
Hic te loquentem Tænarus audiat.

Importuoso margine, torridas
Sistet lacunas; nec pauebit
Nocte fatas rea turba laruas.

ODE VIII.

EAdem beneuoli animi testificatio erga alterum Marianum encomiastam, & in eodem templo Concionatorem.

QVanto, bimatri natus origine,
Per culta Idumes, labitur alueo,
Jordanis; aut Nilus, vetusti
Multifluus secat arua Lagi:
Tantus beatæ, prodigus eloquî,
Aures triumphas, flumine copiæ,
Ecclesiastes; & diserto
Per tacitam ruis amne turbam.
Et nunc strepenti desuper Austro,
Fecunda culpæ seculæ corripis;
Heu secla Noeam videre
Digna Ratem, genesimâ Pyrrhæ!
Nunc mitiorem leniflluus vehis
Arar quietem; cum trepidam metu
Pallente, persuasit paterna
Anxietas, reuelare plebem;
Ne sub prementûm pondere criminum,
Mens viperina saucia vulnere,
Desperet; & nullum patratis
Perfugium putet esse noxis.
Stat nonprofani turba sub exedra,

Latè

Latè Magistri, plena madentium
Suspiriorum, & fulminantem
Solicitâ bibit aure vocem.
Seu dum expeditus mellea symbolis,
Pingis sacrorum gaudia Ciuium;
Damnasq; mobilis Catone
Dona Deæ peritura vultu.
Seu dum perennes, criminibus paras,
Orator ignes; & Nemesis graue
Sistis tribunal; vnde magnâ
Flagitium feretur irâ.
Audire tristem iam videor tubam,
Vtroq; mundi cardine pensiles,
Terrere postes; & timendo
Per populos volitare cornu.
Exin silentùm, mortua Manium,
Vrnæ relinquunt corpora, puluerē;
Rursusq; postremam, reuisunt,
Non iterum moritura lucem.
Pars ad beatam, pendet in aere,
Festiua dextram; iam sibi debiti
Secura cæli; pars sinistram
Mæsta petit, patriæq; pulsa
Felicitatis limite, pabulum
Aptatur igni. purpureo sedet
Cinctus supernorum Senatu,
Nube super, rigidumq; Iudex
Intentat ensem; qui lachrimabilem
A Patre prolem diuidet; & patrem

A Prole; qui lugente, caram
Abstrahet a Genitrice, Natam.
O quam beandos mulcet amabile
VENITE Iustos. quam gregis aspero
Terrore damnati scelestam
Fulmineum ferit ITE fecem!
Venite amœnis pars bona Cælitum,
Addenda Regnis. Ite perennium
Torres pyrarum. Vade tristis
Victima nil miseratis Orci.
Quis ille Cydnus? quis liquido influit
Argento Ilissus? quæ tuba per tuas
MARIA detonante laudes
Ære sonat? Cyneamq; Pyrrho
Non inuidendum reddit? & Attici
Fauum leporis, prævenit Atticâ
Suadâ Periclem? & eloquentiæ
Prodigium Ctesiphonta linguæ?
Tuo serenos prome Demosthenis
MARIA Hymettos. imbue Cygneo
Te concinentem cantu olorem;
Jn te habeat dociles Sophocles
De te, Athenas, sis hedera, & quies,
Tuis canoro laudibus Orpheo;
Tuoq; Arioni, remulcens
Esto chelys maria, o MARIA.

LUGUBRES EXEQVIARVM CÆRIMONIÆ, JLLVSTRISSIMÆ ANNÆ ALOISIÆ, DVCISSÆ IN OSTROG, CHODKEWICIÆ, PALATINÆ VILNENSI PERSOLVIÆ. Ante miraculosam Jmaginem VIRGINIS JAROSLAVIENSIS. Cum ibidem Jllustrissimæ Fundatrici eiusdem DIVÆ CAMPESTRIS Religiosissimum Soc: JESV Collegium Funebrali memoria Parentaret.

ODE IX.

LESSVS I.

DVCALIS Ciuitas Ostrogiana deplorat Illustrissimæ Heredis suæ immaturum e rebus humanis excessum. Sed solatur seipsam singulari Zelo erga cultum Diuinissimæ Parentis, quem ei Illustrissima Fundatrix semper quâ potuit exhibuit.

NOn semper aeri bruma rigens, gelu
Stringit tenaci flumina compede;
Maiumue, formososue May,
Excidio, populatur hortos.
Nec cæsa semper fulmineos tenent

Duc-

Duella ventos. Æoliam'neq;
Semper procellosis, tremiscit,
Dissidijs agitata Thetys.
Transmissa brumæ regna, tepentibus
Aprica reddunt iura, Fauonijs;
Coniunxq; Ceycis, silente
Alcyone fouet oua nido.
Me dura belli perpetuis premit
Fortuna telis. Huc Niobes dolor,
Et triste marmor. huc perennes
Heliadum properate planctus.
Adhuc rebelli, continuat dolor,
Hiulca ferro vulnera; decolor,
Adhuc peremptorum cruore,
Barbaricæ queror ausa dextræ.
Sed heu doloris maius in intimis
Vulnus medullis figitur! Occidis
O lumen! o Propago Regum!
Perpetuis memoranda Princeps
Fastis & annis! Gemma Volhyniæ.
OSTROGIANI Gloria Sanguinis.
Virtute prætergressa sexum.
Rossiacæ Pharus vna gentis.
Eheu! quot vno marmore contegis
Ceras Auorum! Gentis Origines,
Tantilla, tot concludit, vrna!
Quot tituli, memoresq; tecum
Fasces recumbunt! quot nitidæ iacent
DVCVM TIARÆ! & Cæsarei decus
Insigne splendoris, Coronæ,
Funereis tumulatur vmbris! He-

HERES AVITI CYNTHIA STEMMATIS.
Semper Polono SIDVS amabile.
Fauensq; cælo, decolorem,
Jn tenebras age verte frontem.
Non mutuati prodiga luminis,
Mutare lucem discite cornua;
Nec STEMMA natiuum, Dvcalis
Verticis, eiaculetur aurum.
Sed quid querelis, & gemitu lyræ,
Atrata noſtræ nubila Cynthiæ,
Flemus? Parentalesq; Magnæ
Soluimus inferias Parenti?
Quippè insolenti, quæ pede, succutit
Cræsi columnas, & Procerum thronos;
Nec non Tyrannorum superbit
Espolijs, Lybitina victrix,
Pugnacis ira parcior, ardua
Heroicarum pectora mentium,
Impunè pertransit, nec vllum ---
--- E magnanimis statuit trophæum.
Mortis fugatrix, morte verat mori,
MARIA Alumnam, quam sibi posthuma s
Tot elaborauisse vitas,
Fama canit; quot auara nullo
Obliterabunt tempora seculo;
Premetq; nullâ lege Necessitas,
Per mille dotes pullulantem,
Jn MARIÆ data dona dotem.
De congregatis fœnore tertius
Non gaudet hæres, fœnora mutuo

Qua

Quæ dantur in Ducum DVCISSAM
Nulla trahunt vitianta, lustra.
Sui amularum viderat, & videt,
Naturæ fastus sæpius artium;
Sed invida artis æmulantis,
Sæpè rapit, rapuitq; fastus.
Artem excolendæ Dædala quam locat
Manus MARIÆ, subruere invida
Natura nescit. tale terris
Egrediens opus, intrat astra.

ODE X.

LESSVS II.

Liberalitas in DEVM ac Cælites & præcipuè in DIVAM JAROSLAVIENSEM Illustrissimæ Principis.

VNde repercusso regemunt delubra dolore?
Aut vnde mœsto, templa squallent, nubilo?
Vna quidem vna iacet; sed tot morientia secum
Captiua pariter funerat præcordia.
Fatorum lex vna patet. stat terminus vnus
Omnibus, & omnes vnus expectat dies.
Et quos nudæ, pares Lucina effudit in auras.
Nudæ Parentis par capit terræ sinus.
Occidit exortum Genus Alto à sanguine Regum,
OSTROGIANÆ Lumen Augustum MITRÆ.
Communi raperis leto. dignissima nunquam,
Subire nostræ debitas sorti vices.
Nec Tua Te Pietas; nec egenæ æraria Christo
Patulæ;

Patula; aut Olympo clausa nunquã scrinia;
Nec Fidei sincerus amor; nec conscia casto
Religio voto; mortis exemit manu.
Occumbis Latiæ, vulnus miserabile, Matri.
Jactura nullis flenda digne planctibus.
O bene! quod tetrico Diuûm penetralia cultu
Mærent, & aras triste Syrma circumit.
Norunt munifici, pia beligalia, fuci
Et erogatos, malgo, census Deo.
Norunt quot steterint magno delubra parata,
Nec pœnitendo censuum dispendio.
Quam nimio Effigies rubuit Mariana sub auro!
Vix densa portans Britonum pondera.
Quantùm sub Phrygia sudarunt Cyclade! pulla
Quæ nunc sua DVCI parentat ricino.
Hæ sunt Pyramides. hæ nostræ Principis Alpes,
Et hi colossi celsiores Alpibus.
Hîc illa errantes, lunæ transgressa, iugales,
Patriamq; solis, & planetarum vagas
Pratergressa vias, vivo se lumine replet;
Cæli voluptas, flebilis terræ dolor.

ODE XI.

LESSVS III.

Munificentia Illustrissimæ Mæcenatis in literas earumq; cultores. ex cuius liberalitatis fonte hæc ipsa Autoris Musa Marianarum dotium veneratrix emanauit.

An ſic

AN sic rebellans, clausit Apollinis,
Muto Gradiuus, labra silentio?
An sic Ruthena Volhynenses
Bella minis pepulêre Musas?
Vt seminiuâ, non valeant suæ
Vale supremum dicere barbito,
Et voce Matri? semiustum,
Rossiacæ, sacra turba, Diuæ,
Proferte plectrum. Cingite pallidâ
Crines Cupresso. Vellite tristibus
Genas querelis. & Parenti
Funeresos geminate lessos.
Quam dum paternis, exul ab vrbibus,
Belli procellas vitat, & impiæ
Martem Vkrainæ; lachrymosi
Lex rapuit truculenta leti.
At non auaris, sola Sororibus,
Occumbis alto non sine vulnere,
SVBLIMIS HEROINA! tecum
Intereunt, tua cura, tristes
Phœbi Camœnæ. Proh inamabilis
Mors literatæ quot lucra Palladis
Extinguis! & quantos recondis
Principe cum moriente, census!
Hæc illa muto, sub tumuli riget,
(Vigoris expers) dextera marmore!
Cuius Palatino fauoris
Munere, promicuêre Rossas
Musæ per oras. Vnde sibi eloquens,
Creuisse gaudet, Lechia Tullios;

Aures.

Auresq; captiuas trahentem,
Nestoris emicuisse Suadam.
Exinde Natos, tot sibi computat
Maro nepotes. inde tuo, pares
Annæe Miraris, cothurnos:
Et similes, Venusine doctis
Lepos, lepores combibis auribus.
Papinianis, vnde tot æmula,
Plectris, reflorvêre plectra;
Et Lechicâ sonuêre buxo.
Vnde & iocosis, Bilbilici sales,
Rident cachinnis; & dociles, probat
Jam castiore Naso, plectro,
Carminis ingenijq; dotes.
Manans ab istis, nec tibi displicet,
Te concinentis Religio lyræ,
MARIA riuis. inde vates
Virgo tuus, bibit Hippocrenem.
At nunc nefastæ vulnere Ruffiæ,
Prostrata merces Palladis inclitæ
Occumbis! Heu vestris herile,
Funeribus, prænistis artes,
Funus Patronæ! Commoreris Tuæ
Stagira Matri. Cecropio valens
Stagira circo. docta rerum
Ambiguas referare causas;
Mitiq; falsum pellere prælio
Amore veri. vos quoq; Romulæ,
(Jn nocte Patronæ) refusum,
Noctibus occuluistis amnem,

Sua-

Suadæ lepores. occuluit suos
Dirce Corymbos. Tota Ducalibus,
Phæbiq́;, Musarumq́;, pridem
Numina, conticuêre tectis.
Silete castæ pignora Palladis,
Silente vestra Præside, tetrico
Sub conditiuo. Sola mæstùm
Plectra, lyræ, Cytharæq́;, plorent.

ODE XII.

LESSVS IV.

POesis Ostrogiana Illustrissimæ Fundatrici Supremum lyræ tributum persoluit; & a MATRE Dolorum DIVA JAROSLAVIENSI ad dolentiores excitarur lachrymas.

Sic Te potentum, Gloria Principum,
Regumq́; Sanguis, sidera iam Tua
Cognata suscepêre LVNÆ;
Iam superam Tuus inquilinam,
Te dedicauit PEGASVS obuio,
Repensa largæ muneribus Mitræ,
Ciuem salutauêre plausu,
Atria; stelligeraq́; sedes.
Quo post laborum tædia, nobilis
Heroas ætas suscipit. Hâc Tibi
Æterna spectandas per astra
KOSTKA CRUCES SOLEAS q́; fixit.
Illic pe-

Illic perennes inter Etesias,
Interq; mirantûm agmina Cælitum,
Insignis HEROINA, magnæ
Iam relegis monumenta famæ.
Me, seu remotis Phœbus ab Indijs,
Diem reducet; seu, in Ibericis,
Longo fatigatum labore,
Currum iterum reparabit Ondis;
In sauciato Viscere, conditi
Luctus manebunt; dum prope mœnia,
Torrente, Vilæ Volhynenses
Naiadibus feret amnis haustus.
Donec propinquis exoriens iugis,
HORINE quæres æquora. quamdiu
Pinges Ducales flore ripas;
Non posito mea flebo fine
Lamenta; vestris gurgitibus meas
Miscens querelas. Vos quoq; flebiles
Augete singultus; meisq;
Luctibus, accumulate luctus.
HÆC IPSA MATER, baiula, pallido
Quæ morte subdit, brachia, PIGNORI,
Mihi Parentem, congementûm
TE statuet MEA DVX dolorum.

ODE XIII.

LESSVS V.

MVniscentia Illustrissimæ HEROINÆ
erga egenos, coram illa DEIPARÆ de-

fletur

fletur Effigie; in cuius illa ornatum & cultum copiosissimas erogauit impensas.

Nepti

QValis, Memphiticam per Meroes sitim,
Nilus frugiferis labitur ostijs;
Et septemgemino, filius ampliat
Matrem Dorida brachio.

Talis munificæ flumine copiæ,
Voluebâre inopes per populi greges,
LVX EXTREMA TVI SANGVINIS, aureo
Gangis ditior alueo.

Hei! quanti gemitus! quanta, reciprocis
Tumbam pauper obit concio queſtibus!
Quot lamenta ſonant! Sicne tuos, Pia
Mater deſeris orphanos?

Circumſtat feretrum turba, ſimillima
Præ luctu feretro. Vox gemit vnica
Matrem. Mater eras. ab nimis inuidi
Matrem reddite Cælites.

At quæcunq; Tuam Sidera ſedibus
Excepêre Animam; ſeu Tibi lutea
Matutæ facies; ſeu rutilis placet
Velox luna iugalibus;

Seu conſanguineo, Te ſacra diſtinet
Mens KOSTCÆ alloquio; ſeu lateri comes
MATERNO graderis; ſeu Tibi condita
Emirare palatia;

Seu ſtellata poli tecta perambulans,
Hâc, quâ, porrigitur ſemita, lacteis
Intertexta notis, Roſſica dulcibus
Narras funera FRATRIBVS; Ju-

Jnuictiq; legis prælia CONIVGIS;
Formidata nigro prælia Bosphoro;
Quæsitasq; acie, non humili metis
Daphnites Dea pollice.
Huc e stelligeræ pegmate Patriæ,
PRINCEPS flecte oculos; irriguos vbi
Affundens elegos, SANVS, HERÆ, Patrem
Lessos portat ad Jstulam;
FRATERNVMq; lapis contegit assius
Bino DEPOSITVM marmore; & inclitis
NATORVM, GENITRIX condita, tertium
Marmor manibus addidit.
Pomposis lachrymis, MATER vbi parat
NATO iusta DEO; pro quibus artifex
Egessit docili, Praxiteles tuum
PRINCEPS celte peculium.
Et per Phidiacos mille operum modos,
Sese Dædaleæ, Mentoris impigri,
Lassauêre manus; vixq; auidis datum est
Respirâsse Myronibus.

ODE XIV.

LESSVS VI.

CLementia Jllustrissimæ Dvcis in subditos; quam a MARIA miserationum mari edidicit.

PRincipem, frustra Steropis calentes,
Passus incudes, Liparamue mucro;

Fruſtra, in Æthnæis fabricata, cingunt
Scuta caminis.

Ponat extructos adamante muros;
Formet excisas Sypilo columnas;
Non facit tutum, variata gemmis,
Regia Regem.

Quem fugit longè niueus ſuorum
Ciuium Candor, famulæq; circum
Et mina ſtipant, & acerba crudi
Ira Tyranni.

Nouimus quantos cieat tumultus,
Nereus ſalſi Dominator alti;
Dum ferit rapto, ſibi ſubiugata,
Regna tridente.

Nouimus, quantos, vbi cæca traxit
Cæciam nubes, Jouis in fragores
Confluit ſedes; reſonoq; mugit
Rauca boatu.

Aſt vbi clauſis Pater imperauit
Otium natis; remeant fugatæ
Et quies, & Pax, & amica miti
Fædera Ponto.

Mox vbi pulſo, redière rurſus
Feriæ Phæbo, ſimul expetitis
Ferijs ludens, renouata ſumit
Otia mundus.

Principes mitem ſimulate ſolem;
Vultibus lenem ſimulate pontum;
Non hyems, ſerum propior Coronas
Ambiat Iris.

Si pre-

Si premit nimbis Pyroenta Triton;
Protinus blando iuuat Iris arcu;
Vnde Erythræo, pretiosa, stillat
Concha metallo.
Principum semper Coryphæa, tali
Te suam nuper stupuêre ciues
PRINCIPEM formâ; gemituq́;, & atro
Teste fatentur
Vestium luctu, sonuisse nullas,
E Tuæ MITRÆ radijs procellas;
Aut ab innubi, tonuisse raucos,
Sede timores.
Scilicet lenes Tua Te docebat
Imperi leges, HERA, GRATIARVM
Permanens Icon, fugientiumq́;
PORTA reorum.
Pendulum, portat simul illa NATI
In sinu funus; simul expedito,
Discit a NATO, miseris recludi
IANVA poste.

PARS IV.

VOTVM SERENISSIMI JOANNIS CASIMIRI, REGIS POLONIÆ, QVOD FECIT AD REGNATRICEM OMNIVM REGNORVM MATREM ET VIRGINEM; FORTVNATIS AVSPICIIS REDVX EX SILESIA, IN EXTREMIS REGNI SVI PERICVLIS.

ODE I.

VOtum Regale, emissum tempore incursionis Suetica, origo Polona felicitatis.

SVnt qui potentûm fædere gentium,
Thronum, & suarum brachia virium,
Fulcire contendunt, Lechorum
Grande decus CASIMIRE Regum.
Sed non fauentem subtrahit Antij
Cum Diua frontem, protinus externa
Fides vacillat; nec fidelem
Iungit opem, sociatue vires.
Extraneorum quis fieri volet

Comes

Comes malorum? prospera colligant;
Aduersa mutant. Nemo supplet
Damna suis, aliena, damnis.
Toruæ labores ad stygis vnicus,
Vnum est secutus Theseus, Herculem.
Decreuit vnus immolari
Pro sociò Pylades Oreste.
Profunda solus Tartara, Coniugis
Pro liberandis Manibus, Orpheus
Adiuit; & solus seuerum
Æacon, ac Rhadamanta Graijs
Flexit Camænis. *Alterius suos*
Æthnâ lacertos quis grauat? aut sibi
Blandè reuidentem pyratas
In Scopulos reuocat carinam?
Hic fraude fasces imperij rapit.
Sed quod scelesto sceptrum emitur dolo,
Ludit scelestum; seu iocatur
In Pharia Crocodilus algâ.
Quæ criminosis copia, nascitur
Felicitatis, frandibus, antequam
A Sorte propellatur, ipsâ
Mole sui sceleris labascit.
Huic firma regni præsidia inuehunt,
Partæ tributis lucra pecuniæ;
Cum Ciuitatum diminutos
Turba gemit decimata census,
Sed expetito fallitur exitu,
Quæ non decorâ manat origine; &
E subditorum prouocatis
Auget opes lachrymis Potestas. Se

Se credit alter mille timoribus,
Sæuæq; tutum lege Tyrannidis;
Jdemq; regnare, & timeri
Esse putat. *tamen infidelis*
Timor satelles, quod dedit abstulit
Tam sæpè regnum. discite diligi
Regum Coronæ. Cuius omnes
Sceptra timent; timet ipse cunctos.
Jlle ille solus tam sibi, quam suo,
Firmum parauit præsidium throno;
Qui seq;, muniuitq; ciues,
Præualidâ Pietatis arce.
Hâc naufragantem, Magne Poloniæ
Princeps, salutem protegis anchorâ.
Suisq; collapsura fatis,
Hoc stabilis, tua regna, fulcro
Humi iacebat prociduus polo
Monarcha poples. Sed Lechiæ fletis
Erecta libertas, salusq;
E medijs rediuiua bustis.
Consurge terræ puluere. poplite
Quem prouolutum figis humi, truces
Princeps Tyrannos, & iacentûm
Colla premes superata Regum.
Post fracta Suecæ bella proteruiæ,
Jn peierantem terribilis rues
Victor Boorem. iam potentem
Te famulo, Dominum salutat
Vultu, furentûm parcior vnguium,
Exasperatæ bellua Moscuæ.

Jam

Jam pronæ, adorant, quas niualem
Per Boream videt Arctos Vrbes.

CÆterum quia hoc votum publicè coram ILLVSTRISSIMO ac REVERENDISSIMO Dño PETRO VIDONO NVNTIO & LEGATO APOSTOLICO de LATERE, factum multarum subsequentium victoriarum (Vt pia huius regni incolarum fert opinio) fons & causa exstitit; ideo ad perpetuã tanti REGIS Memoriam, hic illud apponere placuit.

MAgna DEI-HOMINIS MATER & VIRGO Sanctissima. Ego JOANNES CASIMIRVS, TVI FILII REGIS REGVM AC DOMINI MEI, Tuâq; misericordione REX. Sanctissimis tuis pedibus advolutus, Te in Patronam meã meorumq; Dominiorum REGINAM, hodie deligo, atq; me meumq; regnum Poloniarum, Ducatus Lithuaniæ, Russiæ, Prussiæ, Masouiæ, Samogitiæ, Liuoniæ, Czerniechouiæ, exercitus vtri-

usq; gentis, populos vniuersos, Tuæ singulari tutelæ atq; patrocinio commẽdo. Tuam opem ac miserieordiam hoc in calamitoso ancipitiq; regni mei statu, contra hostes SANCTÆ ROMANÆ ECCLESIÆ supplex imploro. Et quia maximis tuis beneficijs obligatus, impellor cum gente mea, ad nouum idq; feruidum Tibi seruiendi desiderium; promitto deinceps Meo, Satraparum, populorumq; nomine, TIBI, TUO FILIO, DOMINO NOSTRO IESU CHRISTO; me cultum & honorem Tuum, per ditiones regni mei omnino propagaturum. Promitto deniq; & voueo me vbi præpotenti Tuâ intercessione de hostibus & præcipuè Suecis victoriam obtinuero apud SEDEM APOSTOLICAM procuraturum, vt TIBI Tvoq; FILIO in gratiarum actionem quotannis dies hic solẽnis & festus idq; in perpetuum habeatur, daturumq; cum Episcopis operam, vt id quod promitto à populo meo impleatur. Cum

verò

verò magnò animi dolore luculenter videam, propter gemitum, & oppressionem hominum, conditionis plebeiæ, in regnum meum, immissa à supra dicto Judice flagella, pestis, bellorum, & aliorum malorum, per hoc septenniũ; promitto insuper ac voueo, me seriò cum vniuersis, pace constitutâ, rationes omnes initurum, vt à grauaminibus, iniustis & oppressionibus, populus regni mei eximatur. Fac ô MISERICORDISSIMA REGINA ac DOMINA, sicut eam mentem mihi ad hæc cõcipienda vota dedisti; ita vt gratiam apud TVVM FILIVM ad ea implenda impetrem.

ODE II.

VOti Regij effectus Primus. Illustrissimus Dominus Stephanus CZARNIECKI Palatinus tunc Russiæ, inuocata ope Miraculosæ VIRGINIS LEZAYSCENSIS internecione deleuit præcipuum robur militiæ Suecicæ ad Villam Makowiska dictam.

O Vita

O Vita! per quam vita mundo reddita est!
Lectiq; vis exaruit!
Viuisne VIRGO? Viuis? an sub Thracio
Cinis iaces incendio?
O LILIVM conuallium! quod florido
Campus fouebat in sinu!
Et delicato basiabantur labro
Etheriarum Gratiæ.
Cui ordinato, ver virens, exercitu,
Ornata flexit tempora;
Floresne? flores? an terentis omnia
Belli cadis proteruia?
Et quâ rotatur Patria, hæc caram Tibi
Sedem procella subruit?
Et viuis; & flores; nouus dotans tuam
Ditansq; lauris Lechiam.
Te castra fortis, protegente, Rossiæ,
Fidamq; Principi manum;
Sic inquietâ non tulit præceps fugâ,
Gotus Polonum militem;
Vt flamma per tædas; vel Eurus, turbidè
Per regna currit Nerei.
Dixitq; tandem ruptor æqui CAROLVS,
Xerxes fugatæ Sueciæ.
Cerui fugaces. præda per sequentibus,
Futura mox Leonibus.
Sectamur vltro. bellicas quorum manus
Vitare, nobis, vincere est.
Gens exulante, post tot errorum vias,
Prognata Lechi sanguine.

Per da-

Per damna crescit; mille per discrimina;
Et mille formas cædium.
Lernæa vincit monstra; maior ferreis
Cadmi serentis messibus.
Merses profundo? pulchriores intimo
Vultus refert e gurgite.
Luctere? vincit victa victorem suum.
Cladesq; regerit cladibus.
Quos fœderatæ Prussiæ? quos Saxoni?
Angloq; mittam nuntios?
Fingens valentes Marte & Arte CAROLOS
Heu occidisti CAROLE!
Nil iam Polonæ non valent manus; regit
REGINA quas Poloniæ.

ODE III.

REgiæ Pietatis effectus secundus & quidem multiplex. Subsidium potens in Ciuitate Premislienſi prodigiosæ Iconis, cum qua dicitur Sanctus HYACINTHVS Poloniæ Patronus Boryſthenem fluuium transiſſe.

ENTHVSIASMVS Authoris

Cum post solutam obsidionem inuiseret Ciuitatem.

AUdire nuper; nunc celebres datur
Adire muros. Sarmaticas super
Quos fama subleuauit Alpes,
Carpathiæq; hyemis statiua.

Hâc

”
Hâc parte Ductor Finnonius Gotas,
Cum restitutam Sol veheret diem,
Traxit Phalanges. sulphurato
Hic nimiùm catapulta fertur
Mugisse hiatu, tunderet ænea
Cum Ciuitatis mœnia grandine;
Hæc tota, densatis Gradiui,
Planities fluitauit armis.
Hæc JNCREATÆ stat TRIADOS Domus;
Sancta innocentum Mansio VIRGINVM a
Quæ casta sunt tuæ secutæ.
Militiæ BENEDICTE castra.
Hîc (facta saxum, quid meritos siles b
O lingua luctus? quis similem metus
Effecit Hermis?) hîc MARIÆ
Virgineos imitata vultus
JMAGO, diræ ludibrium fuit
Jocusq; turbæ. Tartareas iocus
Heu! natus inter officinas!
Troiugenâ grauior dolore!
Ad hunc gementi flebilis alueo
Jocum fluebat SANVS; & humido
Vicina montium theatra
A lachrymis gemuêre cliuo.
Huius ministras suppuduit ioci

Phæ-

a *Templum Sanctissimæ Trinitatis & Monasterium S. Benedicti Monialium a Suecis occupatum.*

b *In hoc Templo hostes relatu indignissimâ Iconem B. M. V. affecerunt ignominia.*

Phæbi quadrigas. Suppuduit tholi
Stellantis ignes; & locatas
Jn ſupera ſtatione tædas.
At hic Bromero Magnanimæ duce a
Ex arce turmæ, ſanguineâ Gotos
Strauêre cæde. quam decoram
Monſtrat adhuc locus ipſe pugnã!
Pro! quem capaci pectore detegis
Bromere Achillem! quos Goticos ſequens
Aiax Teletes, Martiali
E facie iacularis ignes!
Leo trementes ſic premis hinnulos;
Quam ſi minores accipiter fuget
Vncis volucres, vel triſulcum
E ſupero ruat axe fulmen.
Et te paterni fertile Belgij,
Grauem trophæis, nunc equidem foues
Bromere cælum; ſed Polonos
Fama tui replet alta faſtos.
An in repulſos & Puer irruit b
Contemptor hoſtes? Cernite Cælites
Spectaculoq; iam beatum
Jn Patria ſatiate viſum!
Qualem, virenti caprea gramine,
Pulſum leænæ matris ab vbere
Videns leonem, iam recenti
Tota tremit laniandadente: Ta-

a *Ægidius Baro a Bromer eruptione factâ hoſtes fugat.*

b *Materna Tyro Grammatices excurſione facta Suecos premit.*

Talem pauorem, per trepidas iacit,
MATERNA paruus Scipio copias;
Desæuientem turpè versis
Sic puerum fugit hostis armis.

ODE IV.

PAtrocinante Eâdem Exercituum DEI PARENTE Magnificus D. GODLEWSKI Præfectus Præsidij & Perillustris ac Admodum Reuerendus Dominus Fridericus Alembek Officialis Ecclesiæ Cathedralis, quâ prudentibus Consiliis, quâ infractis laboribus, Duglassianos elusêre & elisêre conatus.

BEllorum ad vsus plaude Laconiæ
Prognata pubes. erigit alteros,
Ebellicosis Lecha rursus
Pectoribus, tibi Sparta muros.
Ad bella fortis sufficit vnicus
Bellator. Vnus sufficiet senex,
Quem mens Atlantis altiorem
Califero leuat alta collo.
Pars illa muri tempore languida,
GODLEVIANI pectoris ægide,
Secura mansit. Hic vir hic est,
Quem dubijs polus ipse rebus
Basim parauit. Maior hic omnibus
Mundi procellis, Casibus altior,
Contemnit infra se labantûm
Excidia interitusq; rerum.

Seu-

Seruare eandem doctus in arduis
Æqualitatem; seu popularibus
Lux risit auris; seu molesto
Insonuit fugitiua nimbo.
His in plateis, Ogygias senex
Fecit Plataeas. quem meritâ tegit
Apollo lauru, quemq; Pallas
De tenero sibi finxit vngue.
Ille & timentûm corda Quiritium,
Ad nulla belli fulgura mobili
Erexit obtutu; & minaces
A Gotico Duce risit iras.
Mirum! fatiscens vt iuuenem induit
Florem senectus! vt nimium subit
Graues ALEMBECVS labores
Pro Patriæ Fideiq; vitâ!
Non ipse tantum pugnat aheneo
Thorace miles. Sunt & inermibus
Exempta casuum duello,
Consiliis animisq; tela.
Quicunq; bellum sola alacris putat
Perstare Martis casside, fallitur
Et fallit, alternoq; castra
Despoliat malè nexa fulcro.
Non solus Aiax voto Agamemnonis,
Troiam cruentis prælia Graeciæ
Muniuit. altiore sensu
Nestoreis data palma canis.
Pugnat iuuentus, sed senium regit
Prudens iuuentam, imaq; prædecet

Bellicq

Belliq, pacisq, & Magistra
Consilij speculatur arce,
Ventura serpentum agmina casuum.
Pugnare vastis viribus & feri
Norunt leones. nouit ira
In furias elephantis ire.
Armata frustra perniciem amulo,
Minatur hosti dextera; ni tegat
Regatq, castra temperato,
Vis Animi panoplia scuto.
Hoc Lcche Suecos milite disijcis
Nestor timores. hoc animas tuos
Despector ærumnarum Vlysses,
Præsidio Federice ciues.
Viuet tuorum laurea cygnee
Tutor laborum. dum Lechici quies
Durabit æui; dum fugato
Dedecori fuga fiet hosti.

ODE V.

Hostes orantibus ante miraculosam Imaginem. Ciuibus Sani congelati fluctibus absorbentur.

ACtum beatè est. Nereus armiger
Toto Polonis æquore militat.
Vndasq; pugnaci gelatas
Oppositi generosus hosti.
Hic tortuoso fluminis alueo,

Mar-

Marti paratas, sorbuit incitus
SANVS cateruas. iam futurus
Castalij sibi vena riui.
Jte execrandi pergite Tartara
Sub ima Manes. post gelidos aquæ
Letalis hauſtus, igne mixtas
Jmpia fex habitura thermas.
Tu verò vatis ſuſcipe Vandale
Sculptum ſenectâ VICTOR in ilice
O SANE carmen. *Cede SANO*
Nobilium Pater Gnionum
Ganges, & Indi copia palueris.
Victorioſis eſt potius decus
Calere bellis. quam per Hermum
Gemmiparas numerare conchas.
Et tu ſonorum Romulea Tibri
Munimen Urbis, parcius in tuam
Excurre famam; inter Latinas
Iam poteris minor ire ripas.
Non ſolus alti prodigus oſtij,
Thuſcas ſaginas Naiades oſſibus;
Interq; ſcuta reſtitante
Tardior eucheris meatu.

ODE VI.

AAthor MARIÆ PREMISLIENSIS, & Sacram Ædem, & Mirabilem Imaginem Veneratur.

Hæc

HÆc illa Sancto culmine, longius
Tandem Polonæ Principis eminet
Regalis Aula; quæ leuamen
Dulce tuis Hyacinthe curis,
Et grande fido Depositum sinu
Nostræ salutis continet. Hæc Tibi
Vir Magne, per Borysthenæas
Fecit iter speciosa Ductrix
Rectrixq; lymphas. Viderat hospitam
Immane flumen. Vidit. & hospitæ
Supplex salutauit Ducales,
Murmure prætereunte passus.
Mox sub venusto pondere mobiles
Durauit amnes, marmoreum struens
Pontem absq; ponte. Seu refusum
Ipse timor glaciauit æquor;
Seu fixa herili præ reuerentia,
Cum Matre glauca Doride, Naiadum
Stetit Corona; seq, strauit
Sub Dominæ officiosa plantis.
Et me reclini poplite supplicem,
Totoq; pronum pondere Corporis,
O Virgo spectas. Dulce Matri
Dulce tuis dare colla vinclis.
Tuis gelatus, iussibus obsequens,
Sanvs soluto dissilijt vado. a
Ductrice Te Axelbergiana
Flumineo manus hausta campo.

At non

a *Axelbergius vir inter Sueco primarius fluctibus Sani absorptus.*

At non minori percita concutis
Stupore, lætæ gaudia Ruſſiæ,
Ad iuſſa cum Duglaſſianos
Flumen HERÆ ſepeliuit auſus.

ODE VII.

PIetas Regalis, quartâ victoriæ laureâ de Suecorum Rege inſignis. cum hic in anguſtias duorum fluuiorum, Viſtulæ ſcilicet & Sani, abſq; vlla ſpe effugij compulſus fuiſſet.

QVos tam parua poteſt claudere portio
Terræ, cur animo non ſatiabili
Immenſa appetimus? Pone modum vagæ
Gens terrena cupidini.
In caſſum miſeri cur Danaeia
Implemus reſtuis dolia fontibus?
Cribro haurimus aquam. Mergimus omnia
Indæ flumine Siliæ.
Jam Xerxes patriam deſere Perſidem.
Jam mox Thermopylas, mox Nepheleium
Impleture freum, fluminibus ſtim
Prætor iudicer imperæ.
At non tam nimiam Tantale concoques
O beſane famem. Vertere Polype
Et Proteu. galeam qui lepus induis
Jam Reges Salamin docet.
Vltra ſolis equos, Bucephali vngula,
Et te ſub Tyrio murice, gentium

Felix

Felix latro ferat. Trans Arachosios,
Bactrorumq; repagula,
Indam quære Thetyn. detrahe gemmeam
De Pori famulâ cæsarie Mitram.
At cuius Soboles sis Patris, ebrius
Mox leto Scyphus arguet.
Quem non nubigenis Suecia cautibus,
Non subtracta Lechis natio Liuonum,
Aut cum Finnonio limite, triſtior
Clauſit Lappia climate,
In partem ſpolij Lechia quem datâ
Non expleuit humo: quam modicam modo
Vix ſortitur humum! SANVM vbi VISTVLA
Fratrem ſuſcipit hoſpitem.
Sic ate reſilit Vandale Punicâ
Sors mutata fide? Sic nimios, premit
Propellente metu, Sarmata Nereus,
Paruo littore Spiritus?
Te quæ cæruleo Nomen ab æquore
Traxit STELLA MARIS, iure morantibus
Innodauit aquis. & Dominæ parit
Fortes vnda Cynegiros.
Vah! Phlegræ ſimilem Viſtula vortice
Toto merge manum. Tanarij rape
Vltra ſtagna lacûs, Cerberi agmina
Pridem debita ſulphuri.
Huc veſtrum, ô miſeræ, voluite puluerem
Templorum facies; ſeq; rotet propè,
Denſo pernicies, triſtè iacentium
Subter rudere manium.

Ripas

Ripas Vistulei cingite fluminis.
Et ne se Goticus, Sarmaticus lepus
Enoluat laqueis; difficiles viæ
Latè claudite semitas.
Hoc posti rapta dolo sceptra POLONIÆ,
NON PLUS VLTRA habeat Suetico Hercules.
Hic tandem immodicus iam stet in vltimo
Terrarum timor Hespero.

ODE VIII.

POst regale votum laurus Poloniæ nascitur quarta. Duo & amplius Suecorum millia, quæ cum Forgellio Colonello, thesauros ex sacrilega Templorum & Vrbis Cracouiensis rapina coaceruatos, ad Regem Suetiæ deportabant, à nostro, Scythicoq; milite, absq; nuntio cladis deleta sunt. ipse verò Forgellius captus, & in Scythiam abductus.

AUdi. quisquis opes crimine colligis,
Extorquesue dolo. seu Briareiâ
Durus regna manu demetis, & tuo
Morbo, nec Gygius sufficit annulus.
Quæsitis Phrygium diuitijs Mydam,
Et Cræsi superes scrinia; seruiat,
Quidquid per geminam nascitur Indiam;
Quidquid diuitibus Manomotapia
Venis terra fouet; quod Cafer; aut Arabs;
Aut seruat calidis Bengala rupibus;

Totum

Totum parua dies, vel ſine tempore
Momentum rapiet; ſi populi replet
Theſauros gemitus, ſparſaq; lachrymis
Collectæ regemit gaza pecuniæ.
Quantum de ſpolijs Sueca Poloniæ
Collegit rabies! At quod opum Craci
Longis condiderat Regia ſeculis;
Hæredesq; piæ diues amor manûs,
Ex toto INDIGETES aſſe creauerat;
Raptum dum Goticis triſte latronibus,
Portant Forgelij caſtra ſtipendium,
Nictanti citius fulgure, Thraciæ
Pugnax turba rapit. Quid Gote profuit
Quæſtus vel Pelopis, vel Cynitæ impiâ
Collegiſſe fame? Quid iuuat vrbium
Egeſſiſſe domos? ſi neq; lugubris
Tres vluas licuit ſumere carbaſi;
Quæ ſub ſole Lecho, Sandapilæ indiga,
Membrorum tegeret tegmine fragmina.
Nudos, nudus, ægros inſanie premit
Tot portator opum! vel ſpolium vagæ
Factus, fert iugulo vincula Tauricæ.
Sic (ô ſtulta fitis!) vel ſine plurimâ
Sudoris pluuia; vel ſine ſanguinis
Grandi profluuio non veniunt lucra.

ODE IX.

Quinta palmaris victoria votis Regium conſecuta. Suetici exercitus pars internecione cæſa ad oppidum Varcenſe. Quo

QVo per profundæ Naumachiam enatas
Thalia cædis? Quis calor, entheæ,
Denſata ſtrage Vandalorum,
Ire iubet ſuper arua Dirces?
Edocta pridem, ludere mitibus
O Musa metris! Tu ſine pallido
Horrore, detruncata cernis
Arma virûm? vacuosq; calcas
Manes ſepulchro? Ne madidos ſupra
Incede crebro funere limites.
Deliberato vade ſaltem,
Per clypeos galeasq; paſſu.
Ne comminutis fragmen ab oſſibus;
Neu marcidorum vulneret enſium;
Paſſimq; telorum ruina,
Sub Goticâ male tecta clade.
Vt ſe iacentûm ſegmina gentium,
Congeſta in vnum, Sarmaticâ manu,
Premunt aceruum! Finno, Scotum;
Saxo, Danum; Danus Aſſatarum
Robur, cruento deprimit aggere.
Jungit Bohemis arma Sileſius:
Sed arma iam timenda nullis
Vulneribus. iacet inter haſtas
Suas Boruſſus; cum Domino tamen
Haſtæ relanguent. Dura Neceſſitas
Succidit inſignes, & imos.
Mixta iacent ſine ſorte membra.
Delira Reges mens agitat; luunt
Panas Achiui.] *Quot miſeras furor,*

Et ſerua regnantis cupido,
Ciuibus expoliauit vrbes!
Huc, ô Poteſtas Regia, turgidos
Inflecte nutus. aſpice quâ tua a
Sitis reſedatur Caburrâ!
Quam nimiâ tibi victimarum
Litat Gradiuus congerie! quibus
Luctaris altum paſſibus ad thronum!
Quantisq; nectit craniorum;
E cumulis tibi Parca ſcalas!
Quam rara Regum purpura tingitur
Non plurimorum ſanguine! Non niſi,
Iam talis oſtri purpuriſſo,
Conſpicuos iuuat eſſe Reges.
Vt altiori ſtet caput eminens
Inter Quirites vertice; vertices
Tot deprimendi ſunt Quiritum.
Vt Cydaru dominetur vna;
In tot minores tam Cydares, grauis
Hyems neceſſe eſt ſeuiat. Occidant,
Heu tot Poteſtates! Prealta
Vt teneat ſolium Poteſtas.
Viden? refuſo quam LVBOMIRSCIVS,
Mixtas cruori deferat alueo,
SRZENIAWA ſpumas! vtq; Sueca
Belligero rapit arma flexu!
Quid nunc Latino, Dardanium Maro
Plectro, Scamandrum iactet? & integris
Caden-

a *Caburra fons Miri odoris de quo Reges*
Perſarum bibunt.

Cadente Troiâ, Græciâq;,
Vix saturum Simoenta castris?
Nomen Quirinis, quid Senogallia
Jnfame fastis, exprobret Alliam?
Camillus Alliam refudit,
Cùm refugis Aniene Gallis?
Nunquam suorum turbidus iuerat
DRVZYNA damnis. Sæpius aureum
Mutauit æquor: sed cruore
Quo Lechicas latro Tauricanus
Jnceſtat vndas. quo, nimio effera
Cornu Propontis, trunca rubræ, magis
Rubere vidit signa LVNÆ,
Facta iocus spoliumq; Daci
Notum Chorimi. qui tepido scatet b
Nunc e peremptæ corpore Sueciæ,
Belliq;, turpiterq; fractæ,
Jura luit violata pacis.
Quam verò aperto gurgite nauigat,
CZARNECIANÆ PRORA LIBVRNICÆ!
Et restitutam naufragantis
Portat ouans Patriæ salutem!
Quid fabuloso Jasone nauitæ
Argoq; turgent? HAC RATE nauigat,
Victoriarum fama bellax,
Sarmaticis redimita lauris.
Sic ô trophæi Sarmatici RATIS,
Te prosperatas semper in Jnsulas,

b *Ad CHotimum oppidum celebria Polonorum de Turcis victoria.*

Per mille merces, portet ardor
Tot decorum pretiosus emptor.

ODE X.

FElix Naumachia. seu palmaris Pæan, de nauibus Sueticis, copiosum belli apparatum, in Poloniam, Duce COMITE à KENIXMARCK deportantibus; sed in mari Balthico demersis.

IEchia, cinge nouâ rursus tua tẽpora Daphne.
Cressâ notentur prosperi dies notâ.
Victricis præter generosa noualia terræ,
Vincentium pugnant procellæ littorum.
Coniurata ruit ventorum ad bella inuentus.
Totâq; Rector rupe seruit Æolus.
Infrendente salo iam formidata per æquor,
Ludibrium Notus feruntur carbasa.
Materies funesta necis, tormenta, globiq;,
Et tela Lechis imbuenda cædibus.
Quaecunq; ingenium mortes; quoscunq; nocẽdi
Excogitauit indoles ferox modos.
Fissilis immani rapiuntur Balthidos haustu,
Bolusq; fiunt Ponticæ voraginis.
Belligeræ periêre domus; & fluctibus arces
Supernatantes, Querceæq; Cyclades
Fragminibus, longè, & latè, impluêre profundi
Et deuorantem vota Sueciæ Thetin.
Hic rotat auulsos fluctus cum regimẽ clauos;
Illic rudentum fluctuant ligamina.

Hic at-

Hic antennarum iunctura reuellitur; inde
Reuulsa ab antennis tegunt mare suppara.
Oblectata diu nutantis pondera mali,
Robustior Iapyx Palaestes, subiugat.
Funibus insternuntur aquae: non anchora fidas
Iam pollicetur nauigaturis moras.
Hinc puppes; illinc proras; tabulataq. vastis,
Se se voluant dissoluta nexibus.
Nudatae preris, viduatae puppe carinae,
Solas per aequor ventrium moles trahunt.
Spectantur toto circumfluae corpora Ponto.
Et Balthicorum piscium natans cibi.
Totam Neptuni teneant spectacula gentem.
Quin excitatos huc trahant Regũ thronos.
Nauis Lechiacis cupiens se pascere bustis;
Spectat suorum densa busta remigum.
Et quae nitratae miseranda in mania labes,
Ad iussa sani deferebat Principis;
Aduersata suis, irati Numina ponti,
Mortis sub alea tremit, conatibus.
O Amor! O PROTECTRICIS CASIMIRE MARIÆ
Regale pignus! Et tuis illa annuit
Prompta peroptatis! Magni Stiliconis ad arma,
Vates Canopi, blandiente barbito,
Confluxisse canat ventos; contraq. rebelles
Hostis tumultus, fadenata virium
Auxilia, ad pugnam sociâ iunxisse palaestrâ,
Decusq. rostrata tulisse taeniae.
Te verè famulus Neptuni equitatus adorat.
Et se fideli sponsione mancipat.

Dum pro Regali Vindex animosus honore,
Concussa maris exasperat præcordia.
Discite terreni pollentia Numina mundi,
Belli Valentes atq; pacis arbitri,
Quod Regnatrici Pietati militat; alto
Quod astra; & imo terra quod stringit sinu.
Et quidquid quocunq; fouent maria alta recessu,
Quæcunq; tandem sortiantur nomina.

ODE XI.

SEptimum dedicati à Pientissimo Rege cultui Mariano obsequij trophæum. Arsinius Vittembergius Campi Mareschalcus Warsaniæ ab vltima militia captus.

SEcum nullis fraus latet arcibus
Nullus cauernis. Solue Polonicæ
Vices catastæ, compedito
Seruitio, Polypheme Sueci
Septemtrionis. subde iugo furens
Antæ collum. disce magis leui,
Delubra Prænestina vento,
Jnstabilem coluisse Diuam.
Huc ex hiantûm rudere mænium,
Acciſa magnis Austria cladibus,
Conuerte vultus; & Polonis
Plausibus exhilarata, iunctos
Attolle plausus. Tot spolijs tumens,
Metus tuarum Sueticus vrbium,
Vrbem Polonam, faustitatis
Esse suæ scopulum, suamq; Sen

Sentit charybdim. diruit vnica
Tot hora lauros. laurea defluit
Victore semper prosperati
Tramite continuata belli.
Formidoloso nil ita germinat
Natura partu; quod careat metu.
Quam magnus hostis, sæpè magnam
Amodice tulit hostis cladem!
Tantilla tantas stirpitus enecat
Faxilla silvas. parvula dejecit
Securu alnos. quantuloue
Fis spolium crocodile vermi?
Turres ferentem, vis Remora ratem,
Instar tenacis detinet anchora.
Fixusq; tergo grunnientis,
Exiguus canis hæret apri.
Sic & tu Achilles Suece, prehenderis
Gregariorum præda cohortium:
Plebesq; quadrantariorum
Vltima, te spoliauit omni
Captum triumpho. Non licuit Ducis
Turni, cupito corruere exitu.
Cui sub decoro, haud indecora
Sors fuerat perijsse Troe.

ODE XII.

Regale votum subsequens palma octaua.
COMES scilicet Kenixmarkius in litus Gedanense iectus & captus.

Quis infidelem dixerit amplius
Maris Senatum? credere nauitæ,
Vestramq́; nauiumq́; vitam,
Ne dubio dubitate ponto.
Non dumne fida est Balthica Prussico
Doris Trioni? cum Fidei luem,
Contaminatoremq́; legum,
Vindicibus fuit vita lymphis?
Ac in Gedanas fluctibus expuit
Irata ripas; & domino maris,
Maiore ventorum tumore,
Indomitum domuit tumorem.
Ductis, ab imo corde, doloribus,
COMES marinos increpuit Deos;
Pontiq́;, glaucis, eloquente
Præsidibus maledixit irâ.
Neptune labes æquoris. Æole
Qui inobsequentes imperio regis
Stulto procellas. Vosq́; Nymphæ.
Ac hyalo nimis Amphytrite
Distenta fundo. Tuq́; Palæmonis
Cum Matre Numen. Siccine paruulo
Tot terminatis bella puncto?
Sic modico perit hausta iactu
Adorearum fertilitas? decor
Tam clarus Alti Nominis, irritum
Abibit in ventum? proteruis
Qui Thetydem modò vexat alis?
Huene illa nostræ spuma superbiæ,
Elisa duras ad pelagi petras,

Rare-

Rarescit? inflatosq; Regis
More Ithaci male soluit vtres?
Gustaue Regum ludibrium! tuo
Dies acerbus Te spoliat Patre!
Quis temperatis, concitatæ,
Consilijs, iuuenile flectet
Caput iuuentæ? quis dubios Cato
Prudensue Nestor præsciet exitus?
Ne damna de damnis, aperto
Quâ data porta ruant periclo?
Quisquis secundo carbasa flamine
Portata iactas. qui tibi credulus,
Constante fidos polliceris,
Seruitio fore fata vernas.
Timere longas disce meo malo
Felicitates. *Pernicioſius*
Annosa virus fors propinat;
Quam viridi iuuenilis æuo.
Nunquam inquietos ludere desinit
Fortuna ludos. & Saliam anteit
Saltu choream: peterantis
Mima spei, vigilansq; somnus.
Felicitatis crede potissimam
Partem, iocanti credere parcius
Felicitati. nemo Pelleus
Hanc auido retinebit æstu.
En prosperorum qui iuuenis fui
Centrum dierum; iam senio grauis,
Nunc in sua tantum tenacem,
Disco senex leuitate sottem.

ODE XIII.

TRophæum cultûs MARIÆ Poloniarum Reginæ octauum. Prussia tota bellico igne deformata. & exercitus Prussico-Suecicus partim cæsus; partim fugatus. Jsrael militiæ Præfectus captus, & in Tauricam abductus.

VIces Gradiuus mutat & aleam.
Et quos profundo merserat in salo;
In portuosa, liberatos
Naufragio, statione ponit.
At quos preteruis præterijt rotis,
Molliq; risu viderat; igneo
Repentè loricatus ære,
Letiferâ nimis brget hastâ.
Per ipsa nuper sæuijt, horridus
Jtâ Borussus, viscera Lechiæ;
Cum ciuitatum cæde, cæsos
In cinerem redigendo ciues.
Nunc ipse Lechis fumat in ignibus,
Et copiosis sanguinis alueis,
Restinguit a se suscitatam,
In populo pereunte flammam.
Jn Tauricanis liuida vinculis,
Plebs eiulatu nubila lancinat,
Ritu cateruatim ferarum,
E patrijs abigenda terris.

Belli'

Belli Architectus, sub Getica gemit
Vibice, fastûs parcior ISRAEL,
Passurus inculti, labore
Pro Phario iuga cruda CRIMI.
Astricta Lecho Prussia fædere.
Quæ te, doloso perfida fascino,
Lacæna colligauit hosti,
Vt similem paterère Troiam?
Ne cum scelestis prælia prælijs
Miscere gentes. *Criminis asseclam,*
Cum criminoso par par Parente,
Culpæ ligat. simili merentur
Perire mulctâ: lugubre qui nefas
Iuuat patrantem, quicq, patrat. comes
Quisquis volebat esse culpæ,
Promeruit comes esse panæ.

ODE XIIII.

PRæcipuum DIVINÆ MATRIS erga Regiam Maiestatem pignus; in Solenni, post Victoriam Varcensem gratiarum, actione, fax ominosè extincta, sed iterum prodigialiter accensa; spectante id Regia Maiestate, frequentiq, Illustrissimo Regni totius Senatu.

PRodigiū! Fax spōtè subit vitāq; necemq;!
Tam Regni quam Regis imago.
Quem Pietatis Amor succendit, pulchrior omni
Vt splendor, splendore refulget!

Frustra

Fruſtra illum ſatagis domino Neptune tridente
Aut ſeruis ſubuertere nimbis.
Omnibus inſurgat cum tempeſtatibus Auſter.
Auſtrum deridebit & auras.
Vt per ſpirantis contraria flamina Cauri,
Intendunt incendia flammas;
Sic aduerſa magis veræ Pietatis alumnum
Augmentant in luce calorem.

JAGELONIACI reſtat LVX VNICA SCEPTRI,
STIRPS REGVM CASIMIRVS AVORVM.

Hãc cõtra, quãto ſemper ſors inuida magnis,
Denſæ hyemis vertigine ſurgit!
Vt tamen in liquido, Ledæũ marmore, ſidus,
Irradiat fulgore carinas;
Et licet, hinc calido vires trahat Eurus ab or-
Hinc Zephyrus de veſpere pognet; (tu;
Non tamen vlla poteſt, nautis violẽtia, ponti
Felicem ſubmergere ſtellam.
Sic REGALE DECVS quo non reuerẽtior æqui
Maieſtas, contemnit iniquos (eſt
Fortunæ ſcopulos. Hoc Te Leche lumine
Vita docet rediuiua Lucernæ (caſſæ
Jngens Sarmatici trepidantia corda Senatûs
Et populi penetrauerat horror.
Cum rea votorum, lucisq; miniſtra, repentè,
Fumantes fax ceſſit in vmbras.
Lechæi Proceres; & fidæ examina plebis;
Triſtem animi detergite nubem.
Tæda miniſteriũ rurſus, lumenq; reſumpſit,
Jndicium memorabile lauri.

Hac

Hæc duraturæ, tibi mæsta Polonia, spondet
Post tenebras vadimonia lucis.
Cimmeriâ occideras Regnũ plorabile nocte.
Lentâ animam sub nocte trahebas.
Spes tua Regali rursus Pietate reuixit.
Detersâ caligine, pulchrum
Extulit, innubi facie, sol ille serenum,
Sinceri quem conscia recti,
Et nunquã extincto flammescens Numine,
Relligioso alimonia pastu. (pauit
Ne mihi Roma vetus fumoso altaria suaso,
Vestalisq; Sacrata renarret,
Nutrimenta foci; non nuptarumq; labore,
Peruigiles in noctibus aras.
Sed neq; Pellæi narret iam fama Tyranni,
Fatales tot gentibus ignes;
Bellantemq; facem; quâ PrædoRegius, amboa
Terrarum sibi subdidit axes.
Quascunq; ostendit, rimosa per atria lucis,
Astrorum respublica tædas.
Præripit his totũ lampas MARIANA decorem.
Vitali vitalior igne.
HÆC IN NOS REGINA TVI speciosa Fauoris,
Atq; DATÆ STAT TESSERA VITÆ.

PARS

PARS V.

DIVA CZESTOCHOVIENSIS.

SEV DE BENEFICIIS, à B. MARIA VIRGINE, REGINA & PATRONA POLONIÆ FACTIS.

Tempore belli Suetici; & præcipuè in obsidione CZESTOCHOVIENSI à Millero Sueticæ militiæ Præfecto.

ODE I.

PAtrocinio DIVÆ CZESTOCHOVIENSIS, Sereniſſimus Rex JOANNES CASIMIRVS, vndiq; a Suetico exercitu cinctus oliberatur; & per Jlluſtriſſimum Dominum STEPHANVM CZARNIECKI Palatinum Ruſſiæ incolumis CZESTOCHOVIAM reducitur.

QUando virorum pectora fortium,
Inſenſa magnis, percutit vnico
Fortuna telo? Nonne totam
Euacuat feriens Pharetram!

Totius

Totius olim prælia Græciæ,
Troiæ Columnam mouit in Hectorem.
Totas Latinorum, ruentem
In Decium, stimulauit hastas.
Quos per nepotis regna Palæmonis,
Exhausit æstus natus Agenoris!
Cum filiali, non paterna,
Exequitur diuturnus erro,
Decreta voto! Quot mala, Bosphorus
In obstinatum voluit Jasonem!
Dum Colchicani, suasit aurum,
Quærere laus animosa Pluti.
Solane,' Lernæ claruit Herculis
Palude Virtus? aut Nemeo stetit
Exhausta luco? Monstra forti,
Tot fuerant ferienda clauâ.
Quanto! ô virentis culmen adoreæ,
Gunctisq; maior casibus, in tuum
Jnuicte CASIMIRE, casus,
Fulmine, detonuêre sceptrum!
Hinc innouatis, vulgiuago latro
Ab Vkrainæ limite, pullulat
Cosacus hydris, Bosphoranos
Cui Pylades Scytha iunxit arcus.
At inde, totis perfida frenduit,
Septemtrionis bellua rictibus;
Tristemq; vertit in fauillam,
Prisce tuam Gedimine stirpem.
Jam Transmarinum, quam nimius leuat
Fastus Monarcham! quod rapuit Lechæ
Aurum

Aurum Coronæ. Teq; in vnum
Omnigenos glomerauit enſes.
Jam militares effugium tibi
Clauſere ſepes. nulla patet viæ
Occulta callis, obſidentes
Quâ liceat penetrare turmas.
Qualis, minorum funeribus ſatur,
Leo ferarum, cum dubius ſuo
Se ſtrinxit errore, & doloſis
Jmplicuit ſua colla cippis;
Luctante, fruſtra nexilium iubâ,
Tentat catenas rumpere retium;
Jnnata vis, nihil; valentes
Nil nimius iuuat ardor armos.
Velociores turbine, conciti
Venaticorum murmure cornuum,
Vrgent moloſſi; & ingementes
Spe feriunt vlulante ſiluas.
Quin ipſe, notas exacuens canum,
Venator iras, Taygeti Deam
Votis fatigat: vt probatam
Diua ferox moderetur haſtam.
Sic Sueticarum, cingeris vndiq;,
Princeps coronâ Leche cohortium.
Heu mæſta! nec quidquam, laborat
Solicito Lvdovica nixu!
Et liberando, Regia, Conivge
Pro Rege, Conivnx, Purpureas Patrum
Cogit Curules, ac labanti
Mater adeſt ſine Patre ſceptro.

Te

Te DIVA, raptæ ſenio reſpicit
Dexter Coronæ. Te niſi Gordium
Docente, vel ducente, noſter
Rex poterit replicare plexum.
En! vt modeſtis, Te ſibi flexilem
MARIA reddit cultibus! vt ſuæ
Regina, REGINÆ reclini
Verrit humum miſeranda crine!
O luctuoſo CONIVGIS altius
Perculſa caſu! puluere Regium
Attolle vultum. & explicatæ
Pone ſacrum diadema fronti.
Puro litatæ, CHriſtiparam, preces
Flexere MATREM, pectore. Non deeſt,
Quæ ſemper eſt præſto; MARIÆ
Morigeris ſibi cura regnis.
Acrem, & timori cedere neſcium,
Fruſtra retentat, cladis iter, virum.
Fidis, MARIA, Martialem
Conſilijs moderante mentem,
Prudens Vlyſſes, arte Gothunnicas
Eluſit artes; Palladium tuæ,
Dum Leche pacis, ceu flagrantis
E medio tulit igne Troiæ.
Vadit Polonus Scipio, gloriæ
Seuerus emptor. Marmarico vndiq;
Vt clauſa venatu, pauentes
Cum fremitu Tygris vrget Afros.
Accenſa Virtus, ſunt vbi prælia,
Non quanta quærit. Non numerum timet.

Solaq;

Solâq; flagrans laude, nescit
In gelido, gelida esse leto.
Hæc Terreorum castra nihil pauens,
Immensa Fratrum, ceu Megalesia
Quirina, sel spectat Nemæos,
Archemori generosa ludos
Sic eum superbos, Assaraci vreret,
Aiax labores, suppositi Patri,
Troianus Æneas lacertos,
Solicita Pietate magnos
Regente passus; ac oneri procul
Cedente flammâ; ne cupidæ, nouo
Auderet a scenæ theatro,
Fumo hilares prohibere Diuos.
Polita Lechæ fidera Curiæ.
Et Purpurati Consilij Patres,
Quos ad MARIANVM, citauit
Regis amor, Patriæq; Colles.
Secura in ijsdem thura sacrarijs,
Promissa vestræ soluite PRINCIPI;
Plaususq; testetur Polonum
E tenebris remeâsse Phæbum.
Tardante Martis spicula VIRGINE,
Lucet serenâ luce serenitas;
Cui conglobatis transmarinæ
Nubibus incubuêre noctes.

ODE II.

Pane-

PAnegyris immaturo funeri, Illustrissimi Domini VLADISLAI WIERZBOWSKI. qui ante obitum suum in castris Varsauiensibus, ad Præsidium MARIANVM CZESTOCHOVIENSE, numerosam militum, vnâ cum Illustrissimis Fratribus suis, adduxerat, manum.

NOn aui decades, non trieteridesVitæ, magnanimos, eripiunt nigrisHeroes tumulis; viuaq́, Ophytico,Dant pro marmore pectora.

Sed Virtus, taciti nescia funeris,Magnis lustra viris condit; & eximitEsquallente situ. sola rapacibusNescit cedere seculis.

Non cui Nestoreæ canitie caputInsedêre niues, se venerabilesExegisse dies prædicet. is diuVixit; qui bene vixerat.

Annorum meritis tempora computet;Non crebris numeret secula calculis;Qui vitat tineas, & putridæ cupitInsultare teredini.

Nautam credo bonum qui celeri, ratemAd portum stabilem detulit exitu;Non quem per scopulos longa voracium Traxerunt mala Syrtium.

Illud, dico, melos, pectora suauibusDemulcere sonis; artifici manusQuod dat docta lyrâ, non quod in auribusInsulsâ trahitur morâ. Sic

Sic Virtutis opus, non ſenium tuæ
Nectat Myriades. qui malè collocat
Ætatis ſpatium; viuere deſinit.
Sed viuens moritur diu.

Viues Magnanimi Nobile SANGVINIS
VLADISLAE decus. quidquid ab inuida
Deptum morte tibi eſt, pulchra perennibus
Ætas prorogat actibus.
Non te deſidibus Sandapilæ lapis
Anguſtat latebris, quem radiantibus,
Intra ſtelligeræ culmina Patriæ,
Duxit gloria ſemitis.
Te Sacræ Superis militiæ caput,
Clarabit memori poſteritas ſtylo,
Integrumq; vehent, luſtra cadentium
Inter iurgia temporum.
Hæc defenſa, tuo, Petra periculo,
Formidata Goto quam Domus occupat,
Docti, ſponte fabram, Parrhaſij volet
Vladislae pati manum.
In tergoq; pij marmoris, aſſeret
Victuro, MARIÆ, carmine militem.
Donec grata, alacri thure, ſuam colet
Czeſtochouia Præſidem.

ODE III.

SVb Protectrice alarum vmbra DIVÆ CLARAMONTANÆ, toto incurſionum

Tran-

Transiluanicarum & Vkrainensium tempore, Serenissima Ludouica MARIA, Poloniarum Regina, secura & indemnis fuit commorata.

VErè infideles, donat, & auferat
Fortuna gazas de manibus, volant
Vt ventus in manum; aut fugaces
More pilæ resecantis Austros.
Cæcum auolantium Numen opum, trahit
Plutus cataces, dum graditur pedes;
At nouit alatum recedens,
Cum Calai superare Zethem.
Quid vult rotundæ forma pecuniæ?
Cur circinatæ fert speciem rotæ?
Frustrane nummorum supellex
In teretem est sinuata Sphæram?
Pecuniarum voluitur orbita,
Olympicorum ceu rota curruum;
Apeliotæas quaternus
Dum quadrupes imitatur alas.
Longus, quieto quod labor otio,
In sumptuoso carcere, condidit
Ærariorum; aut parturiuit
Diuitis aurifodina pacis.
Quidquid Latino, quidquid Iberico,
Inuexit audax nauis ab Hespero;
Sulcansq; Balthicas, marinis
Naiades, Thetys Angla tonsis.
Quidquid recepto, dives ab Indja,
Hollandus auro, vel Danus institor,
Creberq;

Creberq; Scotus nundinator,
Jn Lechici tulit orbis vrbes;
Jn Pontum abactæ ceu Strophadum exules,
Phineiarum turba vorax dapum;
Sic totum, auarâ, Vandalorum
Jngluuie, rapuère Scyllæ.
Tu sola Crassi, VIRGO, opulentius
Gygisq; riscis, depositum manu [a]
Seruas fideli, quod tricorpor
Gerionum, Tibi laura, nullis
Tollit rapinis. despicit æneam
Jmpunè nubem, cæde natantium,
Te protegente, præliorum,
Magnanimo Ludouica corde.
Qualis, tenacis dum ratis anchoræ,
Contra arietantis militiam freti,
Stat firma asylo; rauca quamuis,
Æquorei fremat ira regis;
Sic nil pauenti pectore, prospicit
Ab Arce MAGNÆ VIRGINIS, vndiq;
POLONA MAIESTAS, Polonis
Jnteritum properare terris.
Circumfluentûm qui locus eligi,
Periculorum tempore debeat;
Regesq; Reginasq; pulchro
Magna docet Ludouica facto.

[a] *Tres Polonorum Tyranni*

ODE IV.

De fin-

De singulari miraculo, circa quendam infantem Czestochouiæ facto. quod nimirum globus ferreus, igneſcens, nocte ſubeũdo tectum, a fumario retruſus, & ad latus infantis cadens, nec ipſum infantem læſit; nec cunas adiſſit.

Labis immunes, ſine labe MATER,
Quod tibi ſemper placuêre mentes;
Monſtrat illæſis puer inter ipſa
Vulnera cunis.
Certa cãdentis Puer eſca glandis;
Martij paruum tonitrûs bidental;
Magnus orbandæ dolor, & querela
Longa Parentis
Tu globi vulnus, niſi ſulphuratis,
Impediuiſſes volitantis alis,
Mortis ex ipſis, rapiendo, raptam
Faucibus offam.
Tuta mortales, manet innocentis
Vita candoris; licet hinc, & inde,
In nefas Mauors ſtimulet ſeuero
Corda flagello.
Hinc, & hinc, ſtrictas acuat ſariſſas,
Mors cruentatâ redimita pallâ,
Et ſuperſtratis coaceruet altas
Cædibus Alpes.
Creſce ſecurus Puer inuidenti
Rapte fortunæ: Pylijq; quondam
Neſtoris, longo triplicem recurſu
Vince ſenectam.

Can-

Candidos lucis, tibi pollicetur,
Auctor exortus, geneſimq; Magnæ
Promptus ad nutum DOMINÆ, ſerenam
Spondet Horizon.
Si fuit dextrum, micuiſſe flammis
Fulminis, cunas Mythridatis omen;
Quodq; frenato, Latialis arſit,
Verna calore. *Seruius Tull.*
Si quod indemnis ſtetit, augurantes
Natus Æneâ Puer inter ignes,
Ferre venturi, licuit Parenti,
Omina regni. *Virgil. lib. 1. Æneid.*
An tibi filo meliore ductas,
Non miniſtrabit genitura ſtellas?
Faſcias cuius coluêre leni
Bella volatu.

ODE V.

AD Illuſtriſſimum Poloniæ SENATVM, qui vocante Sacra Reginali Maieſtate, Czeſtochouiam conuenerat, de eliberando Sereniſſimo Rege deliberaturus.

OLim Quirinam vix benè Curiam,
Suadæ vocauit Romuleæ Pater,
Aramq;, gentiumq; Portum, &
Conſilij ſapientis Arcem.
Veſter PATERNÆ dum SAPIENTIÆ
MATREM, Senatus, ſeligit Arbitram
Negotiorum,

Negotiorum, Principemq́;
Concilij, Lechicæ Columnæ,
Et fulcra tertæ, iustius occupat
Hæc grandiorum præmia nominum,
Digneq́; Prudentis meretur,
Esse Domus pretiosa sensus.
An fabulosas, Ægeriæ Numa,
Leges secutus, belligero efferam
Æuo Quiritum, molliorum
Præsidio meliore legum,
Formabit vtbem? Liuia scilicet,
Oraculorum Delphica, Cæsari
Cortina dicetur marito?
Explicitoq́; Ariadna filo?
Et fida vestræ non erit anchora,
Jn implicati mole negotij
MARIA naui? aut hospitali
Non dubius statione portus?
Jmmota, apertum mente periculum,
Et in salutis Limite, Publicam,
Tractate Lechicæ quietis,
Sarmatici Proceres salutem.
Si fortitudo, Consilij soror,
In consulentis pectore, postulat,
Exercitatus Marte, cauto
Vt Priamo societur Hector;
Prudensq́;, fortem nexibus alliget,
Confœderatis, Theseus Herculem;
MARIA plusquam Cyziceno
Turris erit stabilita muro.

Si consulendi lex, dubias fugit
Perplexitates. toto Hyperionis,
Lunæq; amictu, fluctuantes
Virgo reget radiata curas.

ODE IV.

INsipidum Suecis melos. Cum scilicet in ipsa oppugnatione, e Sublimi turris odeo, pio hymnorum sono, in laudem MARIÆ VIRGINIS compositorum recrearent se obsessi, & hostes furiosa indignatione ringerentur.

QVisquis sanguineâ Martis in aream,
Obuerso, volucrem, tergore, transfugâ
Bellonam refugit; vel caput obuiæ
Leti subtrahit aleæ;

Pernix, perniciem prouocat; & neci
Rectum pandit iter. Computat asseclas
Mors pallore suos: & similes sibi,
Ad se, pertrahit hostias.

Quem nunquam pauidâ, sponte lacessere
Mauors edocuit, fronte periculâ,
Is Securus erit. Murus, in horridis
Est audacia prælijs.

Mors umbræ est similis. Si sequeris; fugit.
E contra, sequitur; dum fugis. occupant
Tantùm certa loci vulnera; Martiâ
Quantum cedítur aream.

Hoc

Hoc e VIRGINEIS discite Turribus
Castrenses animi. Mugit in æneo
Gradiuus tonitru. belligero eripit
Nubes aera sulphure.
Terra emota gemit. Vix crepitantium,
Cãdens æthra, faces sustinet ignium,
Funus, præcipiti funere truditur.
Flammæ, flamma superuolat.
Rimarum misero dissidio, vndiq;
Scissus murus hiat. sub Balearico
Tectorum reboant culmina verbere.
Nutant pegmata turrium.
Sed pugnace Phalanx haud minor Hercule,
Deridet Gotici pila tonitrui;
Ardentùmq; alacris, spicula mortium,
Nullâ prouocat ægide.
Quin ad sacrilegum, cum tuba, perfidam
Turbam, conglomerat rauca stipendium,
Pæanem, melicis, ad numerum lyræ,
Condit psaltria laudibus.
Quis MILLERE furor? quæ furiæ tuas
Tunc torsére fibras? cantus hic Jlij
Peior nocte fuit. transierat malum
Lamentabilè Cannaci.
At, quonam tetricus, subsidio, tubæ
Clangor, mite fuit militibus melos?
Quis de Sardinia, molle tepentibus
Tybur fecit amoribus?
Tu SOLA Angelicæ MATERIES chelys,
Pulsis, a famulo milite, nænijs,

Feciſti facili ferre negotio,
Bellantis mala grandinis.
Te, durus fuerat dulcis amænitas
Dulcorante labor. Te Duce barbarum,
Jnflantes tepido murmure, claſſicum
Se procudit Etefias.

ODE VII.

TVtela DIVÆ CLAROMONTANÆ, erga Perilluſtrem ac Magnificum Dominum, STEPHANVM ZAMOYSKI Templi VIRGINEI propugnatorem.

LAtere non vult, gloria NOMINIS
ZAMOSCIANI. SANGVIS adhuc recens
Caleſcit. indoles refudit
Quem TRIPLICI SCHARIANA riuo
Jnter rigentem, ſole meridies
Feruet Decembrem. feruidior tamen,
Martis cruenti, bulliente
Jn STEPHANO calor ardet irâ.
Vt fortiori nititur impetu,
Detentus ignis. ſic magis emicat
Occluſa virtus, quam recluſis,
Bilis agit generoſa claustris.
Hæc bella agentis per cuneos Dei,
Et grandinantes ſulphure turbines,
Ac tela perſultantis Arcti,
Marmoreâ iubet ire fronte.

ZA-

ZAMOSCIANVM Suecus Acinacem,
Sic indecorâ non patitur fugâ;
Vt vrget, insequente turbam
Chaoniam, Jouis ales, vngue.
Sic in repulsas, Lechica desilit,
Turmas Enyo. Carpathio velut
Circumtrementes in nouales,
Bruma cadit liquefacta cliuo.
Qualisue fractis Oceani seris,
Et spreto aquosæ rege opulentiæ,
Procella disturbat carinas,
A decimo reuoluta fluctu.
O bellicosæ gemma Siradiæ!
Ne per volantûm tela nimis rue
Periculorum; ne profundis
Funeribus, caput illud infer,
Quo plurimorum pendula ciuium
Salus recumbit. *Sæpe resumitur*
A cæde virtus. spes salutis
Nulla, parit toties salutem.
Fugisse multis profuit. in fuga,
Tulit triumphos victor Horatius;
Fratrumq; detractis ouantes
Iam spoliis, spoliauit hostes.
Cur Musa fortem, solicito mones
Heroa plectro! Sarmaticæ fouet
Quem cura PATRONÆ, per ipsas
Jre potest, sine clade, clades.

ODE VIII.

De milite quodam Polono. in quo Diuina Seueritas, Cogitatam loci sacri Czestochouiensis violentiam vlta est: & pollicentem sibi suisq; commilitonibus, e multiplicibus CLARIMONTIS opibus vberem prædam, globo igneo exanimauit.

Ignis cuncta domat. Non chalybem iuuat
Constans duriries. non Pyliæ, Cedrum
Inter nubila stantem,
Defendunt trieterides.
Inter nimbiferum ludat Athos Jouem.
Illudatq; tuis Æole filijs.
Nullos Othrys, & Ossa,
Et Calpe timeat Notos.
Scintillâ arboreas Mulciber vnicâ,
Mox vastabit opes, & latirantiùm,
Nudo densa ferarum,
Stabunt tesqua cacumine.
Nil obstare valet, cuncta vorantibus
Vulcani labijs. Sola potentium,
Linguæ immensa potestas,
Vires despicit ignium.
Hanc non continuis, Enceladi rogus,
Infrenare potest Æthna vaporibus.
Non quæ manat, ab vsto
Riuis flamma Vesuuio.
Sed si terrigenæ, ponere Mulciber
Linguæ fræna nequit; stultiloquam domat,
Ad mandata MARIÆ,
Oris flamma licentiam.

Vix

Vix, indigna Atauo Progenies Lecho,
Dignum Vandalici Mancipium iugi,
In se tela parantem,
Verbis polluit aerem.
Cum vocem, stolidi, ferrea plumbeo
Compressit labij, fistula vulnere;
Et bellante, proteruum
Mors os igne coercuit.
Cauto, terrigenæ discite stringere,
Ne peccent temere, verba ligamine.
Arcanoq; loquacem
Linguam, claudite pessulo.
Custos sit taciti Sigalion labri.
Pertuso similes Pythagoras Getæ,
Ne mens effluat extra,
Voces currere dolio.
Verbis Cælituum regna lacessere,
Nunquam non nocuit. ruebat adhuc gygas
Magnâ sulphur ab Ætna,
Ardentûm cibus ignium.
Ad Thebana, truci mænia spiritu,
Dum cæli Capaneus fulmina provocat,
Deuoluendus in Orcum,
Cæli fulmine corruit.

ODE XI.

PAnegyris Admodum Reuerendo Domino D, AVGVSTINO KORDECKI. Cænobij Claromontani Priori vigilantissimo.

Cuius labores, ſtudia, vigilias, inuictam fortitudinem, raram prudentiam, adiuuante, & fortunante VIRGINE DEIPARA propugnaculum MARIANVM CZESTOCHOVIENSE ſtetit inexpugnabile.

Menſura magno congrua Nomini,
Eſt pulchra rerum gloria fortium,
Magnique cordis inquilina,
Mens agili manifeſta motu.
Iniurioſis, proſequimur viros
Fortes cachinnis; cum malè turpibus,
Auguſta, demiſſi nepotes
Nomina dedecoramus actis.
Ten? Scipionum grande vocabulum,
Actuq; honeſtum fulmineo poteſt
Clarare? ſi te Scipionum
Non humili piget ire calle?
Quid bellicoſo Fabricio minor,
Solo ſuperbis Fabricij ſono?
Aut quid iuuat præferre, ſolâ
Annibalem, Fabiumq; voce?
Si nec decoris, laurea Punica,
Vrit triumphis; nec ſapientibus,
Cunctator, edocet labantis
Spem Patriæ ſtabilire fulcris?
Si deuenuſtat te, muliebribus
Formido venis? aut malè languidum,
Circe venenatis voluptas,
Jngenium malaciſſat herbis?
Tu, non inanis, nominis incliti,
Poſſeſſor audis. QVO SIBI PRÆSVLE Ap-

Applaudit Hippon; hunc flagrante
Jn Superos imitaris igne.
Quin ſingularem prælegit omnibus,
Cognomen aptum, dotibus Jndolem;
Contraq; fortunam, obſtinati
SYMBOLA FERT ANIMOSA CORDIS.
Jn VIRGINALEM Præſide Te, DOMVM,
Afræ iubatis Marmaricæ feris,
Mordaciusq; Memmianâ,
Jnſiliunt Gota caſtra bile.
Sed Diua, Suecus Pergama bellicis,
Quamuis Vlyſſes exagitet dolis;
Auguſtus AVGVSTINE victor,
Sic nimios tamen apparatus,
Non imparato pectore deſpicis;
Vt inſolentem ſpernit Japygem,
Apex olympi; au cuius alto,
Sidera ſe poſuêre collo,
Sublimis Atlas, perpetuum tenet
Ceruice pondus, non oneri tamen
Succumbit; aut in ſe cubante
Brachia fert lacerata mole.
Ne ſospitator, ſe tibi conferat
Romæ Camillus. ne Cocliti Lecho,
Se, Tutor Albulæ, Latinus
Audeat æquiparare Cocles.
Quamuis Parentis mænia Romuli,
Plus militari iuuerit ægide;
Quam corniger Rex, toto aquarum
Heſperidum, Tiberinus amne.

Quam-

Quantùm profestis, dignius eminent,
Delubra tectis; sic sacer anteis
Victor, triumphantum profanis
Arma Ducum decorata palmis.

ODE X.

Panegyris Admodum RR. Patribus, CLARIMONTIS fortissimis Propugnatoribus, qui in obsidione Czestochouiensi, ne militum quidem Præsidiariorũ in muris & propugnaculis recusarunt pro honore MATRIS DIVINÆ officia.

AT vos, secuti Pyrithoi, sacrum
Jndissolutis Thesea vinculis;
Quos, vestro Alexandro, fideles
Casta Fides, Pietasq; iunxit
Hephestiones. Vos Pythias nouo
Damone claros. quo potero anxius
Panegyristes, Herculanis
Pro meritis, memorare plectro?
Dicam Poloni nominis Hectores?
Graijs timendos, prægreditur labor
Sed vester, Hectoris labores,
Proq; suis vigilata muris
Jnsomniorum tædia. nam licet,
Fausto peregit bella decennio;
Quæ Græca sanguinante mersit,
Attamen in Simoente castra,

Et

Et curua Xanthi per vada; proprio
Cruore tinxit. *Nec bene conuenit,*
Cantante permiſcere buxo,
Melpomenæ ſacra cum profanis.
Vocabo iuſtæ germina gloriæ?
Verum innocenti, ſe pudor induet
Mox purpuriſſo. qui teneri
In tenebris, putat eſſe veram.
Meramq; laudem. *Captat inanium*
Dapes Notorum, ventre chamæleon
Quem vana, garruli ſuperbum
Fama vehit ſuper ora vulgi.
Cauti relicto tramite Dædali,
Stultum æmulatur Simius Icarum,
Redordiatur vt volatum,
Icariæ, graue ſeomma, pennæ.
Ille, ille, verus laudis ab omnibus
Scribendus hæres; qui didicit ſuas,
Contemptor occultare dotes;
Nec ſtudio popularis auræ
Seruire nouit mancipium; neq;
Honorum acutis febribus vritur;
Conſulq;, Dictatorq;, mentis
Ipſe ſuæ; ſuus ipsè Prætor.
Sed obſequentis penſile gloriæ,
Vtcunq; vitet ſeruitium rubor;
Ancilla ſed magis modeſtum
Gloria conſequitur rubore m.
Latere virtus dum cupit, haud poteſt:
Cæcisq; ſeſe, de tenebris micans,

Ful-

Fulgore prodit: nocte flagrat
Vt triquetri Pharus alta Nili:
Suffulta semper Nomina stabitis,
Nunquam fracentem quæ cariem subit
Æternitate. deterentem
Temporis effugitura noxam.
Quamuis virorum, sæpius infimo,
Augusta condit nomina puluere;
Vnoq;, famam funeratis
Cum Dominis, sepelit sepulchro.
Probare vestrâ, Regibus, a fide,
Discens fideles obsequij manus,
Fides Polona, filiali
Reddet Auos, Atauosq;, menti.

ODE XI.

LVncea eius MATRIS, qui OCVLVS TOTVS est victoria. per quam vnus ex militaribus Præfectis, dum in interiori penetrali cum Millero familiariter colloquitur, iaculo ferreo, per latera transuerberatus, in facie Ducis corruit.

NVllis occulitur scelus
Securum latebris. Nec Nemesis fugit,
Iustam culpa manum; licet
Vitans supplicium, tendat ad aridum
Ammonis Iouis ARIETEM;
Psyllorumq; genus, noxia adulteram,

Luci-

Lucinæ in dubia fide,
Explorans ſobolem, morſibus aſpidis.
Aut exul, Garamanticas
Plectendus Gyaris, eligat inſulas.
Mactator patuit ſui,
Inſtigante, Patris, Beſſus hirundine.
Vox ſub ceſpite condita,
Vulgauit ſtolidas auriculas Mydæ.
Inſames Aquilonibus,
Fines fædifragæ, remige Cæciâ,
Miles deſere Sueciæ.
Inſer belligeræ bella Poloniæ.
At non diuiduo tamen,
Te vindicta comes, conſequitur pede.
Et quæ mollia, Balthici
Sulcauêre rates marmora Nerei;
Hæ leti iuuenis diem
Portauêre tui. per ſcopulos Thetys
Tuto tramite duxerat.
Sed littus ſcopulum traxit in aſſium.
Victis naue periculis,
Terræ naufragio mergeris aridæ.
Pupillæ ſimilem ſuæ,
Ne Clotho rapiat, ſub Gygis occulat
Te Dux Sueticus annulo.
Sed mors abripiet, vel ſolio Iouis,
Sancitum Barathro caput.
Et quemcunq; nigri, ſors vocat Æaci.
O Clotho! o vtinam tua
Erràſſent ſterili vulnere licia!

Et pro milite, militis
Fatali Dominum præriperes colo.
Errauisse volatilem,
Atrõ Lachesim vellere crederem.
Ni scirem, sua, quemlibet,
Delectum ad Nemesis, quod maneat dies

ODE XII.

HOstes vt plurimum noctibus infestant Monasterium: & per dies fere singulos, pessimorum geniorum operâ, densas & fætentes concitant nebulas, quæ sacris exorcistarum precibus euanescunt.

FAlli, & fatidico fallere nescium
VERVM præmonuit dogmate, quod nocens
Cryptas crimen amet; lippaq; limpido
Sese sistere lumini,
Nunquam culpa velit. ceu resilit, nigras
Nox illune trahens per nihilum rotas;
Cum de Malabaro, quadriiugis, diem
Titan margine deuehit.
Sic fur nocte latet. sic homines, latro
Vt sicâ iugulet, per tenebras, atrox
Exorditur opus. Cædis amantibus
Nox Scyronibus aptior.
Nec tantùm a noceo, noxia congruum
Nox cognomen habet! commodius necis

Affin-

Affinges etymon. quam ſibi vendicat
Nox, nex ducit originem.
Nec dum terrigenæ creditis? æquitas
Non vani aſſeritur crimine Vandalo
Effati. Malè agens Hæreſis, igneam
Lucis cernere lampadem,
Et portare nequit. Nam temerario,
Circum Christiparæ, dum fremit agmine
Collem, nocte nefas velat, & euocat
Jnternos Stygis halitus.
Sed ſolis ſolium dum tenebræ impetunt,
Nequaquam eripiunt. pulchrior emicat,
Victior poſt ſalebras. Stelligeri tholos
Scandentem Capitolij,
Aſtrorum rutilans Curia, Cæſarem
Maiori ſtudio cingit, & Æolo
Vinctas dante manus, æthra micantibus
Dat Pæana Curulibus.
Sic & cui roſeum, colligit æmulam
Jn veſtem, ſolium Phæbus, & aureo,
Jlluſtrant Dominæ ſidera verticem,
Vectigalia circulo,
Quas conſanguineæ Tænarus, hæreſi
Nocæs ſuppeditat, luce reuerberat;
Poſt vmbrasq́; iubet ſplendidioribus
Sudum currere ſemitis.
Quascunq́; ergo placet, quærite noctuæ
Jgnauæ nebulas. per tenebras lupi
Prodite e latebris, in latebras tamen
Claro lux abiget die.

ODE

ODE XIII.

Prodigium Cæleſte MARIA VIRGO, DOMVM SVAM CZESTOCHOVIANAM variis tuetur miraculis.

Horrida Sarmaticis tēpeſtas incubat oris.
Deformis haurit nox diem.
Sidera nulla micant.
Immanes hyemant Goticis Aquilonibus imbres.
Hæremus in Scyllæ vado.
Nulla ſalus miſeris.
Non defrenatis, ita frenduit Eurus, habenis,
Idæa cum fines ratis
Quæreret Auſonios.
Æoliæ, totos Iunone trahente, calones,
Et ipſe docta profuit
Nil Palynurus ope.
Non ita, cū caluus gelido riget ore Decēber,
Canas per Alpium niues,
Turbine ſæuit hyems.
Suecus vt iniuſtis Lechiam quatit impetus armis,
Hoſtilibusq; flebiles
Ignibus vrit agros.
Sacra, vorant flammæ, cum tectis, tecta profanis.
Vrbes, & vrbium incolas,
Vna fauilla tegit.
Pubeſcens iuuenem leto non protegit ætas.
Senis cruenta debitum,
Præuenit hora diem.

Cru-

Crudelis, sexũ, gladius grassatur in omnem.
Non vnus aris hostia
Mæsta, cadit Priamus.
Flebile procubuit non vna Polyxena funus.
Acerba, non vnum ferit
Astyanacta manus.
Sed non sic Gotico, permissa licentia, ferro
Vt nulla sistat ferreum, (est;
Dextera diluuium.
Prima tuos fregit Gote Czestochouia fluctus.
Et inde prima, naufrago
Lux micuit populo.
VIRGINIS, ô quanto petitur DOMVS vnica,
Sed vna, bellorum Domus (bello!
Fulmina nulla timet.
Qualiter, immoto Rhodopeia culmine rupes,
Quamuis trisulco desuper,
Juppiter igne fremat;
Quamuis præcipitent, misti cum grandine
Omnesq́ contra, cærulæ (nimbi;
Stent acies hyemis.
Stat tamen, & flantes cõemnit vertice lixas;
Spernitq́; Cyclopum fabro
Tela recocta foco.
Sic perstant CLARI non læsa cacumina MON-
Licet iuuantem, Vandalo (TIS,
Fæderet Orcus opem.
In sanctas mittat si bellica fulmina turres.
Huc rursus, vnde venerant,
Fulmina pulsa volant.

Rupea,

Rupea, belligero, ſi tundat pegmata nimbo:
Nimbus, reuerſo propria
Pondere caſtra petit.
O VIRGO! Lechicæ fons nunquam ſicce ſa-
Miraculorum, & munerum, (lutis!
Prodigioſa ſeges!
Vix numeranda Tuam cingunt miracula Se-
Sed vidimus nunquam, tuis (dem.
Vtiliora Lechis.

ODE XIIII.

BEneficia in obſidione Czeſtochouienſi, ab omnium beneficiorum fonte MARIA, VIRGINE facta, quæ Admodum Reuerendus Dominus ALBERTVS Damalewicz Hiſtoricè conſcripſerat, verſu redduntur, enumeratis primo damnis, quæ ante hanc obſidionem paſſa fuit Polonia.

ERigit inſtabiles Immota POTENTIA vires;
Poſtquam vis humana fatiſcit.
Vt medicũ monſtrant extrema pericula lecti, &
Letiferi contagio morbi.
Vt decumana probãt doctum diſcrimina nautã;
Et dubij ſpes perdita portus.
Sic ſua, in extremo promunt ſolatia caſu,
Et fortem Cæleſtia dextram.
Maior, vt auxilium pateat Sapientia, dantis
Et medici medicina probetur.

Nun-

Nunquã sic, magnũ qui lustrat lãpade mundũ,
Grata foret præsentia Phœbi;
Si nitidum nullis sceptrum distingueret ũbris;
Nec noctis post iura rediret.
Non ita perpetuo comptum ver ore placeret;
Aut tanto remearet amore.
Si longæ, æternos, Zephyrorum pulchra iuuẽtus,
Lætitiæ seruiret inũsus.
Nec senio pigræ, fierent sua tempora, bruma,
Quæ Maij deuastat honores.
Sic, fortunato si semper certa tenore,
Aut æquo sors curreret orbe.
Protinus aut nostrũ celeri cataplasmate ũulnus,
Cælestis medicina lenaret;
Exiguo starent cælestia dona ũalore,
Et pretium ũilesceret ũsu.
Quæ sperata, citis decurrunt passibus, omnem
Deperdunt obtenta saporem.
At quæ, spe nimias traxerunt temporis horas;
Maiori ũenientia plausu;
Maiori excipimus pretio. sic impetus ũndæ,
Si diuturnæ obstacula molis,
Abrumpat; posita transcendit limina ripæ,
Assueto nec tramite fertur.
Supremo dedicit miseranda POLONIA talem
Numinis in discrimine legem.
Distulerat Medici ÆTHEREI prudentia, diro
In longum fomenta dolori.
In tua se Marti toto Leche damna paratu
Aurigans effudit Enyo.

Heu de-

Heu dolor! in noſtrum Zaporobiana cruorem!
Quam nimium deſeuijt Hydra!
Triſtibus oſtendunt tumulis, funeſta Polonas,
Corſuni primordia Cannas.
Pharſalos fecit ſtrages Pylauecia campos.
Et miſeri Bellona Zboroui.
Quis Batohenſes, lachrymarum flumine Carras,
Aut flebit ſine funere funus?
Quæ Nemeſis, pauido pandis ſpectacula mundo?
Ante Patris, quis nam ora Polytes
Victima procũbit? Priamũ quæ Parca Lechæis
Funerat illætabilis agris?
En Dux, Roſſiacâ iacet ingens truncus, arena!
Et ſimili cadit inclita leto,
Ductoris ſoboles! Lechicæ duo bulnera gentis,
Ite pios Confundite manes.
Quos ſanguis iunxit; tungat lux vltima. dulce
Eſt ſocios habuiſſe doloris.
Dulcius at quanto; ſocios habuiſſe peremptæ,
In patriæ tutamine vitæ.
At non has tenuit, rabies Chmielnicia, metas.
In plures exundat Erynnes.
Poſt nantes baſto truncatim in funere mortes;
In primos violentia gliſcit,
Belli apices. cadit emeriti laus longa Gradiui,
Barbarico ODRZYWOLSCIVS *ictu.*
Vt Iouis, haud vna trieteride, nobilis arbor,
Prævalidis exercita Cauris,
Et tot paſſa hyemes, tandem vento eruta, ponit
Languentes in puluere crines.

Sic

Sic ad caniciem, primæui a flore vigoris,
Bellorum generosus Alumnus;
Parq; tuis quondam, bellax Dentate, trophæis,
Thrycio prosternitur arcu.
Contra; vt Narcissus feruente Leonis in æstu,
Aut nimio rosa languet in imbre.
Funera sic inter condensa, fit hostia morti
In teneris SOBIESCIVS annis.
O dirum Iuuenis vulnus! quo viscera Matris!
Quo Patriæ cor vulnere scindis.
Quam miserè ambarum prægrãdia vota recidis!
Et vacuos spem spargis in Euros!
Heu! neget hostilis, densos licet inter aceruos,
Exiguum tibi terra sepulchrum!
Vrna tamen Patriæ fient præcordia. mæsto
In Matris tumulabere corde.
Te quoq; PRZYIEMSKI fatalis sustulit hora,
Æternis dignissime lustris.
Te Mars, vix orta est tibi lux primæua, Paren-
E gremio suscepit alendum. (tis
Et pro nutricum, somnos suadente, querelâ,
Inflabat bellantia cornu
Murmura; vexabat resono caua tympana pul-
Vt belli instillaret amorem. (sus
Cum verò leni spargebat tempora rore,
Et paruos sopor ibat in artus;
Ipse, tibi medijs cunas sternebat in hastis,
Ac inter iaculantia flammas,
Fulmina thoracum; loricarumq; trilices,
Mulciberi munimina nodos.

Quos

Quos tua per ludum prensauit dextra, rigore
Nil sæui deterrita strati.
Te sæpè, ille, vago rediens vastator ab Istro,
Aut gelidis a Strymonis vndis,
Vltrò accedentem rigidas rapiebat in vlnas;
Et teneras, ad pectus anhelum,
Stringebat malas. Nec adhuc tunc pusio toruum
Horrebas post prælia Numen.
Vsq; ad supremas tendebas brachia cristas,
Miratus radiantia sæuæ,
Instrumenta necis, circumseptosq; comarum
In galea formidine conos.
Sic se animus prodit primis habitator in ānis
Et claras facit indole cunas.
Magnanimus nempè ex tenero Leo noscitur
Et puero Iouis Ales ab vnco. (vngue
Quem primò genitor, volitātis Satrapa vulgi,
Titanis probat indice flammâ:
Quam Dominū dicat volucrū, solijq; futurū
In populos decernat honorem.
Nunc in sanguinea fortis Pugnator arenâ;
Membra, animus generosa reliquit.
Qua miserum Russo nudata sub aere, solo
Expectant a sole sepulchrum.
Sume tamen, quondam Bellator Maxime, pul-
Post mortem solatia mortis (chr
Quod Tua Regalem CASIMIRO vulnera plan-
Heroum elicuêre dolorem. (tum
Quis vero enumeret? quantam languentia fecit,
Thrax Patriæ per rudera Troiam.
Omnis

Omnis Othomani nostro repleta colono,
Compedibus sonat ora Tyranni;
Tota gemit planctu. Stabant vbi mœnia Thressæ
A domibus prohibentia flammas;
Siluestres, illic, nullo stant ordine saltus,
Semiferiq; cubilia Fauni.
Vix aliquis vacuis habitator in ædibus errat.
Desertos situs occupat agros.
In desertum abijt fecunda PODOLIA. longo
Nil retinet BRACLAVIA tractu.
Semirutæ pendent exesis mœnibus vrbes.
Horror vbiq;, & vbiq; dolores.
Tantæ damnorum Iliadi, noua damna, recenti
Inflixit Septemtrio plagâ.
Quidquid Parrhasij prospectat plaustra Boote,
In nostrum prorepsit ab Arcto,
Excidium, Sancti temerato iure Gradiui,
Discissoq; ligamine pacis.
ARCADICÆ, iunxit periuris victibus VRSÆ
Armatos LEO SVETICVS vngues.
In desperatis, ô planè! perdita rebus,
Quis fuerat tibi Lechia sensus?
Quæ mens! quæ ratio? Deiectæ nulla videbas,
Subsidij iam fulcra Coronæ.
Qualis in Argolicis soboles The cia liris,
Sparsa fuit crudele minutal;
In dispertitos, sic illætabile regnum,
Cesserunt tua sceptra Tyrannos.
Sed tandem explicito riserunt nubila risu;
Et clausos, reserauit, ayli

Lux

Lux optata fores. turbati pulchra profundi
Lumine STELLA MARIA refulsit.
Sola Gotam pepulit nebulam, iniectiq; tumente
Spem domuit curuamine freni.
Aspice, quam Sarijs consurgant prælia, Diuas
Euripis in VIRGINIS Ædes?
Inde ciet densas MILLERVS ad arma cohortes:
Seq; Goto metitur in ense;
Hinc nostro soboles Patruele indigna Bohemo,
Graiugenæ par fraude Sinoni,
Admouet ardentes propè WRZESCZEWICIVS
Sacrilegis sacra culmina stupis (ignes
Aggrediens. Quales per stultã immania Phlæ-
Captiuo cum brachia cælo (gram
Intulerant fratres: hinc cæci prima duelli
Porphyrio fax, strinxit in astra
Mille manus; inde Enceladus formidinis au-
Monstrosos stetit inter alumnos. (ctor
Cadmæam credas segetem; Tyrrhenus arator
Vipereo de semine quondam
Quam fertur stupuisse tremens; sic ferrea messis
Virgineam circumsluit Aulam.
Rauca sono exagitant turbatos tympana ventos.
Clangenti tuba buccinat ære.
Ructat multiplices, non una Chimera, fragores.
Et fecunda tonitrua, multo
Dirùm Marte fremunt. ac fusũ sulphur aheno,
Flammiuomis torrentibus ardet.
Mors campũ obtinuit. Volat ipso põdere præcox,
Præmedicata in vulnera Clotho.

Spiſtos per

Spiſtos per chalybes. nimiæ ſitis una phreneſi;
Inualidæ ſumma unica pugnæ.
Claromontanam terris abolere MARIÆ,
INVICTO cum NOMINE ſedem.
Quo? Quo? mortales. ſuperos ne laceſſere tu-
Æthereis ſtat meta ſagittis, (tum eſt?
Qui Pallenæos imitatus crimine motus,
Inſanis ferit æthera telis.
Vt facilis demptis ſtipulas rapit ignis ariſtis;
Concipiunt vt ſicca cremantes
Prata faces; paſtor quas vel fortaſſe iocante,
Diſiecit per gramina ludo;
Vel poſt vernalis vigilantia tædia noctis,
Iam clarâ ſub luce reliquit:
Sic ſcelerata luit, quamuis perſæpè ſecunda
Veloces violentia pœnas. (eſt,
Vis humana licet ſileat; tamen ipſa; patrono
. Virgo potens, ſua tecta tuetur
Auxilio. quantoq; premit violentius hoſtis;
Tanto hoſtis, magis illa prementes
Conatus reprimit. non fruſtra maxima gentis
Aſſyriæ, Confuſio, Tantam
Fatidico oſtendit VICTRICEM Iuditha ſigno.
Bellatrix nec Debbora falſa
Præluſit lauro. Cernis! Cæleſtis Amazon
Vt verſam proturbat acuto
Colluuiem exitio? tormentorumq; procellam,
Ad certas fert ſulphure metas?
Quin non fulmineo, tantummodo, cominus enſe
Fulminat, & per viſcera mortem

Hausta intromittit; spectatrix, agmina solâ
Exanimat spectantia fronte.
Nocturnam,, et visâ redeuntis lampade solis,
Excutiunt gelida arua pruinam;
Bellica monstratæ, sic ad spectacula formæ,
Vandalicus dissoluitur horror.

ODE XV.

PER nocturnum somnium apparet Millero, & à sacrilega deterret oppugnatione.

CArmina sed presso Mariana incedite pas-
Nec grandem solatia vocem, (su,
Excutiant. medium per nigra silentia lunæ
Egerunt iam sidera cursum.
Et iam lassato, prædonum castra, tacebant
Mulcibero. iam Sueticus Argus
Millerus, desiderio cruciatus inani,
Post longas nictantibus horas,
Morphea concessit cilijs. sed Virgo dicato
Jnsomnes pro lumine ducit
Excubias. nimioq; loci commutat amore,
Regalem REGINA figuram.
Et non grata hospes, rigidi tentoria Sueci
Jngreditur; certoq; refrenat
Torua Ducē interitu; ne nil valitura nociuo
Vltra agitet conamina fine.
Quis tibi tunc Millere metus? quæ cura quis
Per pauidi penetralia cordis, (intus,

Horror

Horror ijt? iam tũ in gelido cõtracta timore
Ossa Lychæ exernatus abîsse.
Euboico, quondã, qui durũ littore marmor,
Herculei monumenta reseruat
Jactûs. exanimes ni quæ tibi frigore neruos,
Ceu iam nil humoris habentem,
Durauit silicem; reducem pallentia rursus
Erigeret per membra vigorem.
VIRGINE securas, iam tota spe vorat intus,
Diuitias; iam totus in auro
Mergitur affectus. sed terrent tristia sæui,
Prodigijs in somnia visi.
Vt nocturno inhians diti fur tempore gazæ,
Pro bulgis dum stare tenacem
Prospeculatur herũ; thesauri nutrit amorẽ;
Sed stulto consumitur æstu.
Jlle quidẽ clausos cuperet conuellere postes;
Et raptâ ditescere prædâ.
Sed terret vigil excubitor; firmæq; manẽt ũ,
Opponunt retinacula vires.
Talis Millerum ludit fortuna. MARIÆ
Hic quidem vi rumpere, totum
Totâ depositum, collectarumq; potiri
Vellet opum; sed MAGNA retundit
TVTRIX audentẽ; intentatarumq; profundæ
Menti hærent, quæ tela minarum.

ODE XVI.

Muros Czestochovienses obambulans, quadraginta Suecorum excubitores ipso aspectu exanimat.

O He! iã reducẽ dilecta ad mænia Matrẽ,
Musa alacri fer ad æthera metro.
Che! victores prono cole corpore gressus
Lambe humili vestigia labro.
Nã quidquid spatij, per Vãdala castra secũdis,
Dignata est contingere plantis.
Jn palmarũ abijt frondes, calathosq; rosarũ,
Et tutas a fulmine lauros.
At quã defensi per propugnacula muri,
Cyaneo veneranda theristro
Jncedit! cernit gradientẽ in mænibus hostis,
Sed subitam, intromittit jisdem,
Mortem oculis. nam lumine visa, nefandam
Extinguit cùm lumine vitam.
Vsq; adeò, sacras res cernete, plena pericli
Alea! Vix defixit in ARCÆ
Arcana, audaces plebs Bethsamitica vultus.
Mox tantum; tot mortibus ausum
Exsoluit. Vivâ viuenfis Numinis ARCâ,
Dum geminam quoq; pascere frontis
Vandale vis aciem; pascentem, traxit eâdem
Jn Nemeses audacia lege.

ODE XVII.

AB iniurioſis templi ſui oppugnatoribus, in ipſis turrium pinnaculis conſpicitur.

Iam

Iam verò, quam se nullo portata volatu,
Jn celsi pinnacula templi,
Tollit! in effossis talpæ latitate cauernis,
Jnq; scrobes vos condite mures.
Euitate, caui quantumlibet aggere valli,
Dispositas per mænia Parcas.
Sed non spectantis fugietis Virginis ora;
Et geminos duo lumina soles.
Vitali ex oculo, solus caue Vandale, curuet
Letales ne scorpio chelas.
Non ita pupillam basiliſci, noxia prompto,
Armauit natura veneno:
Vt tibi deproperant, Marianæ illustria frontis,
Letiferas hæc sidera pestes.

ODE XVIII.

TElorum globorumq; tormentariorum tempestatem in ipsos authores retorquet.

QVantâ autē pauidos formidine dissipat
Tanta suæ tutoribus Arcis, (hostes;
Præsidia accelerat. Cernisne vt tela ministret!
Et Volscam citiore Camillam
Euincat cursu? præsenti numine iustæ
Vt subdat calcaria pugnæ!
Aspice quam refluo Mæandri more, fugaces
Jnstituat Bellona refluxus!
Vulnificū ructat dum bellica Machina nitrū;
Jn proprios reuoluta recurrit

Authores Lacheſis. Puerilis ludicra luſus
Jn Martis reuocantur arenam.
Nam velut a duræ reſilit pila tergore terræ,
Et celeri retroacta regreſſu,
Ludentis volat ad palmam; ſic flammea, miſ-
E caſtris, in caſtra remittit (ſam
Tempeſtas pluuiã: & recipit Gotus ipſe, MA-
Per turres quæ vulnera ſparſit. (RIÆ

ODE XIX.

VT eludat hoſtium conatus Mænia ſua nunc in altiſſimas eleuat nubes; nunc in imas deprimit Valles.

FAllor! an vt Goticis illudãt mœnia caſtris,
Jn Iouis abripiuntur inane?
Et caput Ætoli tranſcendunt vertice Pindi? &
Virginibus iuga ſubdita Muſis
Parnaſſi? Rhodopenq; & notũ Thracibus Hæ-
Et curui graue põdus Atlãtis? (mum,
Telluris Natos, geminum iunxiſſe gygantes,
Nequicquam fert fabula Montem,
Mole ſuperpoſitum, ſublimi, vt Pelion Oſſæ,
Staret atrox ſub ſidera ſcala.
Falſa triumphanti concedit fabula vero.
Templa, nouo ſublimia, quaſuis
Prodigio, ſuperant petras; quæ collocat altis
Aſtrorum Regina ſub aſtris.
Hæc quoq; ab ignita, pugnacis grandine bru-
Vt ſeſe tueantur, ad imas (mæ
VIR-

VIRGINE, Vandalico, sic insultante, labori,
Inclinant fastigia valles
Heu! quam nil paruis non tãtum tela polorũ
Jacta nocent conuallibus arce!
Mars quoq; terrenus, demissæ fulmine nullo,
Fulminat in decliuia terræ.

ODE XX.

QVibusdam e Suecorum militibus, ferreas fistulas, in mœnia Czestochouiana, explodere volentibus, manus exaruerunt; quibusdam miro prodigio, ipsæ fistulæ carni increuerunt.

SEd satis attonito, defixa stetêre stupore,
Lumina; nunc laxare lienem,
Mutata in Tragicum suadent spectacula risum;
Et Sueci noua gaudia probri.
Cernis, vt obriguit, curtis huic dextera venis?
Assuetumq; exsoluere pensum
Dedidicit? Rursum reuocat Samarita, vetustũ
Ieroboam, tibi Leche theatrum.
Sed manus Hebræi consueta admunia Regis,
Imperio reuocata Prophætæ est.
Hæc stupet æternum, nec citra mota, nec vltra;
Et nullis medicanda medelis,
Transijt in silices. Hic iam non arte Maronis,
Viuus adhuc in corpore siluam,
Fert Polydore tuam: sed castigante Polonâ
REGINA, increuisse dolenti,

Arma gemit carni. infixos conatur hiulcis
A malis, diuellere nexus;
Sed saturum plumbo, dum vult auellere ferrum,
Cum ferro sua membra reuellit.
Sic quondam (si vera licet componere falsis)
Sumpsit inextricabile Nessi,
Filius Alcmenæ, solenni in veste bitumen,
Oethæis data præda faucillis.
Ille autem toto membrorum induruit vsu.
Et stat ceu Marpesia cautes.
Exstimulant frustra comites, vt surgat in hastã
Sulphureas vt fistula glandes
Torquenti eyciat. ridentis inutile terræ,
Et belli fit inutile pondus.
Sic o! sola tui VIRGO fiducia templi!
In lapides eat, omne Dynastæ
Vandalici studium. Sit mens polluta; sit ipsum,
Anguicomâ pro Gorgone crimen.

ODE XXI.

VIRGO Sole amicta triplicis solis prodigio Miraculosa, qui apparuit supra Templum Czestochoviense, præsente Regia & Reginali Maiestate, regnig Senatoribus, qui tunc ad Comitia generalia conuenerant.

DIlancinati viscera Cynthy,
Tremensq; stricto cor sub acinace;
Raptiq; consciſſura pomi; &
Carnifices procul esse virgæ.

Ami-

Amicta Virgo lumine, quæ premit
Plantâ, arcuatæ cornua Cynthiæ,
Compensat vnum, Leche trino
Deliquium, tibi sole, solis.
Quid ni reducat Numinis essedum
Auriga Thracis? Cur sibi Sarmatis
Non ominetur fauſtitatum,
Carbasa prosperiora nauis?
Sol trinus olim vestibulum fuit a
Tranquillitatis; Bethlemia Alcyon,
Jordane cum plaudente, castam
Gigneret intemerata Prolem.
Quid? nonne testis lætitiæ artifex
Lemnos iocatur? seu noua Principum
Jnauguratorum Potestas,
Per famulæ studiosa ludit
Theatra plebis? Seu inamabiles
Quiete bellum composuit vices?
Victoriosum militaris
Seu graditur propè Sanna currū?
Tunc Dædalæis fulminibus salit,
Ac flexuoso sibilat anguium
Aer volatu. tunc trecenti
Nube super sinuantur ignes.
Et intonatis nocte boatibus
Sulphur tonanti præripiunt Jouj;
Tunc inter Orpheos tremendùm
Bellica vociferantur æra.
Tibi dicatis, hæc tria spondeat,
Regi-

a *In Hiſpania nato Chriſto triplex ſol apparuit*

Regina terris, forma tricorporis
Ter fausta solis; laureatos
Pax repetat rediuiua fasces.
Jniurioſi discute Vandali
Nos ventilantem Diua superbiam.
Natetq; per suas, Polonâ
Clade natans, fera Moscha clades.

ODE XXII.

De miraculoso propè templum Diuæ Claromontanæ Fonte. qui vim medendi plurimis morbis accepit ex eo, quod Virgineam lauerit Effigiem, cum ab Hussitis Hæreticis asportata, mucronibus impetita, & ad terram allisa fuisset.

CVr Pegasæas Numina deuocem
Effeta Musas? Melpomeē vale.
Vale Thalia. & entheorum
Phæmonoe Dea vana vatum.
Jnusitatas tu mihi suffice
Fons Sancte vires. vt valeam tuos
Vsusq;, nobilesq; digno
Diuitias memorare plectro.
Jactet petrosæ fabula Lydiæ,
Pactolum auaris, stultitiam Mydæ
Lauisse ripis, & superbo
Jn pretium rubuisse limo.
Te perspicaci lucidior vitro

Fons

Fons, Magna vero Sauromaûtm beat
REGINA censu. Tu Tagæis
Dona geris potiora baccis.
Nam tunc, verendam cum tibi contigit,
Lauare miræ MATRIS Imaginem;
Aj Matre descendens, resedit
Mira tuis medicina venis.
Ergo sagaci, ceu properant apes
Jn prata curâ, cum remeans nouo
Ver risit ortu, & lætiores
Post hyemem redière menses.
Et nunc Hyblæis oscula lilijs
Figunt; pudicæ nunc trabeas rosæ
Morsu fatigant; vel tepentis
Primitias violas Aprilis.
Sic circinatur Virginis aduenâ
A plebe riuus. Pars latici caput
Jmmergit, ardores dolorum
Jn laticis positura fundo;
Pars pestilenti lumina proluit
Extincta morbo; nec vacuâ fide,
Se gaudet in casta salubres
Fontis aqua reperisse thermas.
Pars ægra toto Corpore; viuidum
Jn tota fontem viscera suscipit.
Languoris vt sese per omnes
Jnsinuet Medicina neruos.
Afflicta largè virgineas bibe
O turba lymphas! amoueat tamen
Hinc Myrrha febres. & recedat
Mens olido malè pota Anygro. Abî

Abi impudicæ potio Salmacis
Quemcunq; torquet: qui fluido pates
Narcissus in Censore; prauo
Quem retinet vaga Biblis amne.
Fons innocentis, munere Virginis,
Humana ditans commoda, fætidos
Exhorret halitus; pudici
Innocuos amat oris hauſtus.
At tu puſilli fons bone munera
Ne ſperne plectri. Sic tibi mollium
Sternantur herbarum tapetes.
Sic viridis propè te iuuentus
Florum, iocoſum promoueat pedem.
Sic te coronent lilia cum roſis,
Nardisq;. ſic toto ſalutet
Seruitiò Dea verna Regem.
Sic te modeſtum carmine virginum
Frequentet agmen; ſeu roſeâ diem
Sol luce reddat; ſeu ad altam
Occiduo cadat axe Calpen.

PARS VI.

PRodigia, quæcunq; Poloniam, tum āte hæc bella; tum in ipso bellorum decursu; diro horrore terruerant. PRODIGIO CÆLESTI, & MIRACVLO MIRACVLORVM DEI, MARIÆ VIRGINI, POLONIARVM REGINÆ, per multiplices eius miraculosas Imagines expianda commendantur.

PRODIGIVM I.

ANno 1650, 18. Aprilis, sub Ciuitate Rohatynensi, ipsis festis Paschalibus, ante bellum Beresteccnse, mons prælatus, ex vno in alium locum dissipatus, se transtulit. Præmonetur Polonia vt tali horrore territa, ad eam, quæ est MONS SIONIS, confugiat. & quæ velut propugnaculum inexpugnabile, in finibus Podoliæ, IMAGINEM SVAM TINNENSEM, beneficijs in genus humanum insignem, collocauit.

QUid? sic Gorgoneo timor ossa per arida serpit?
Vt in rigente transijsse Caucasū
Sic sese

Sic ſeſe ſtupeant; quali Thebana dolore,
Regina Sypilam commigrauit in Petram?
Aut qualis, cernens Sodomæa incendia, Cõunx
Lothæa, Salſo hæſit columna marmore.
Hæremus? celeres cur non mutamur in Euros?
Et inde, toto prouolamus impetu?
En concuſſa gemunt trepidæ præcordia terræ.
Clauſusq; patulam quærit Æolus viam.
Ex ipſi moto titubant fundamine montes;
Et è vetuſto demigrantes limite,
Vicinæ inuadunt, ualidâ vi iugera glebæ,
Nouoſq; fundos inquilini poſſident.
An poſt Tanarij iam ſceptra refracta Tyranni,
DEO triumphi terra pompas inſtruit?
Et plano vt victor gradiatur tramite currus,
Ex altiore decutit montes iugo?
An quod per nudos tot ſparſa cadauera ſulcos,
Lachrymoſa mater liberorum proſpicit,
Id circo totis vnum cupit eſſe ſepulchrum
Recluſa membris? intimoq; condere
Natos in gremio? ceu magni exemplar amoris,
CARIA ſepulchrũ facta Cõiunx cõiugi eſt.
Num magno caſu, magnis dictamina regnis,
Celſiſq; leges condit vtiles thronis?
Scilicet immenſas, vt dum faſtigia, vires,
Ad ſumma tollunt; ima ſperent caſuũ.
Vento incõcuſſũ, quãuis throno æquet Olympũ,
Et inquilinum mergat aſtris verticẽ.
Non ſic, inſtabili ponit ſua culmina fundo;
Vt furibus iter obſtruat periculis.

Rex

Rex Magnus, paruis qui donat sceptra Coronis,
Hæc ipsa, magno sæpè motu concutit;
Vt nos naturæ admoneat meminisse Caducæ.
Cuius facilis in prosperis obliuio est.
Quo? cessit, vix ferre potens, Chaldæa timēdā
Rubræ Parenti Memnonis potentiam?
Quo? cum Dario tot victrix Persia bellis?
Quo? cum Philippi prole fortis Græcia?
Quo tu Carthago! quo vel Romana potestas?
Vtroq; mundi metiens te cardine?
Tu quoq; sublimi steteras in culmine rerum;
Polone Matris vera Proles gloriæ.
At nunc concuteris: ceu Mons concussus, ab ima
Radice, raucis insonat fragoribus.
Ne tamen indomitam sepeli inter rudera mentē.
Prematq; sortē lapsus; at non opprimat.
Nomine quæ celsi gaudet REGINA SIONIS,
Arx insacrato fixa ruptum situ.
Ipsa tuos stabili cingit tutamine Ciues.
Firmēq; tibi stat IPSA PROPVGNACVLVM.
Huius in obsequium, dum libertatis amorem,
Liber catenas, Cæsarumq; purpuris,
Et nitidis Regum Solijs præelegis; huius
Dum te clientem inter clientes computas.
Accipe, quæ pandit cupienti oracula, vatis
Per mancipatam, laudibus suis Chelyn.
TOT, TIBI, PRÆSIDIA, & VIRES. QVOT CARE MEARVM
MIRACULA NUMERAS, POLONE IMAGINUM.

PRODI-

PRODIGIVM II.

ANte idem bellum, & sequentia cum Vkrainensibus, & Chamo Tartarorum, feralis mortuorum Processio, BARI, à templo in templum procedens, vnanimi clamore, vltionem sui sanguinis, à DEO vltore efflagitabat. Omen felix Poloniæ ex fortunata VIRGINIS CHELMENSIS ICONE, quam SACRA REGIA MAIESTAS, Secum in Castra Berestecensia, ad Stirum fluuium deportauerat.

NOn dormientûm scena pernox ignium,
Lunæ venustum virginal.
Septemtrionis splendor, & natantium
Tutamen Helice nauium.
Et qui grauatas vix trahis stellis rotas,
Pigris Bootes bubalis.
Quæq; obstetrices, vagienti olim Ioui,
Manus dedistis Pleiades,
Spectate tale, nulla nox, quale antea
Spectauit horroris genus.
Quali, nec atros, Roma terrarum Dea,
Inter cupressorum rogos,
Cælo abnuenti, Patriæ suæ Patrum,
Manes dicauit Cæsarum.
Tota, ordinatas, ciuium respublica,
Huc cogar astrorum tribus.
Non ex inerti suscitatum puluere,
Vates, reducit Laium.
Perplexa nato, cuius ense concidit,
Vt fata, soluat Oedipo.

Nec

Nec erudita Theſſalis Manto metris,
Inter cauernas rupium,
Mæſtum, e peremptis, anxio, ſodalibus
Vmbram citat Pompeio.
Stantis ſub ictu prælij, ſæuum explicet
Vt exitum Pharſaliæ.
Formidoloſiore, triſte Manium,
Procedit agmen ordine.
Siluêre cuncta. Muta murmurantibus
Non aura ventis ſibilat.
Non præco lucis gallus, e thoro ſenis
Mariti, Eoem ſuſcitat.
Maior latrantum, ſomnus excubias canum,
Altâ quiete ſopijt;
Quàm cum, dolo iuuante, per Tarpeia
Repſêre Galli culmina.
Quin cenſor anſer, qui canum correxerat
Inertiam, ſolertia;
Sic, pauidus, arcto muta nunc ſilentij,
Occluſit ora peſſulo;
Vt, tuta nunquam cum ſuperuolat iuga,
Minantis aſtris Caucaſi,
Suus eſſe nolens proditor; ſilet: Iouis
Ne præda fiat troſſulo,
Vnus ſilentes, clamor auras verberat,
Et replet aures Cælitum.
Qvovsq; Nostrvm, Magne Terrarm Pa-
Non Expiabis Sangvinem? (ter,
Morare Pompa flebilis. plorantibus
Frenos querelis attrahe.

Deter-

Deterge luctum. Mox paratum ſanguinis
Fuſi videbis Vindicem.
Jam, iam, POLONA, cuncto ad arma colligit,
REGINA Lechos robore.
Non ſic Latinis, Annibal Dux, æmulam
Jnfudit armis Africam.
Vlturus Æneæ, cruentam Æneiæ
Jn prole mortem Coniugis.
Sigeiâ Xanthi non tot olim littora,
Cinxêre Graiûm copiæ.
Quot in vagantem Tauricanorũ Thoum, a
Et Vkrainæ Pæmenes,
Cenſore Marte, ſe MARIA ſequentium,
Ducit Leonum examina.
Heu quanta STIRI corporum cadauera,
Tardo natabunt flumine!
Superq; denſa buſta, nauſeantibus
Aquis, meatum præſtruent!

a *Canum nomina apud Ouidiũ. metã lib. 3.*

PRODIGIVM III.

Cometa in ſigno Meduſæ ante bellum Sueticum exortus.

Sub ænigmate venenatorum ſerpentum, multiplices Poloniæ enumerantur hoſtes, & calcandi victorioſis MARIÆ pedibus proſternuntur. Carmen oblatum DIUÆ VIRGINI DOBROMILENSI in Palatinatu Ruſſiæ operum mirabilium Patratrici.

Har-

Harpemne nondum, Palladij vibrat,
Donum fauoris Perſeus? inſonat
Nondumne velox, per citatos
Vngula Bellerophontis Auſtros?
En, viperinas pallida ſurrigit,
Meduſa rurſus, per populos comas;
Dirasq́; conatur rigentem
Jn ſegetes animare glebam.
Væ! Væ! malorum quam miſeras leges
Fortuna meſſes Lechica! peſtibus
Siticuloſæ, mæſta nolles
Quàm Lybiæ ſuperâſſe peſtes!
Exæſtuanti, torrida iam tumet, *Sueticus*
Dipſas veneno. Non gelidos ſitis *hoſtis*
Ardore ſiccatura fontes,
Nec ſimul ebibitura, pleno
Hauſtu, capacis littora Viſtulæ;
Aut quæ minorum ſeruitia amnium,
Ad regis Jſtulæ, paratis,
Jmperium ſinuantur vndis.
Sed nec beato Braſiliæ ſinu;
Nec fabuloſi muneribus Mydæ;
Nec emedullatis in aurum,
Peruuiæ ſatianda venis.
Hei! quam rotato, Threycius iacit, *Cham*
Præſter ſagittas momine! tabidæ *Tarta-*
Quam ſeps hiantes Vkrainæ, *rorũ, &*
Diripit exitialis armos! *Tyrãnus*
Per tota, ſparſo viſcera toxico, *Vkrainenſis*
Sic copioſum morſibus elicit, *Hoſtis Tran-*

Hæ-

Hæmorrhois cruĉta tabum; *siluanus*
Vt grauidum, premit eliquatas,
Torcular vuas; prouida, Cyprios
Cum vinitoris sedulitas botros,
Chioſq́;, Lesboosq́;, plenis
Diuitijs spoliauit hortos.
Et Tu Lechææ sæpius Alitis *Moschus cu-*
O præda! fractos rursus anhelitus *ius insigne*
Resumis? & iacens retorto *Draco*
Erigeris Draco Mosche collo?
Bene est. Polonæ, tot simul agmina,
Calcanda plantis, colligis hostium
Heræ, Gradiue: ceu in vnum,
Silua cadit Venusina bustum.
Quando, canorus cornu hyemes ciet,
Triton gementes per Dryadum casas,
Pariq́;, cum paruis myricis,
Arbor obit speciosa lesso.
Exercitatas, in Stygio exeret
Serpente vires. nec stygis asseclas
Pestes pauebit; cuius arma,
Depositis pauet Orcus armis.

PRODIGIVM IV.

ANno 1664 alter Cometes pallidus, pallorem incussit Poloniæ, in mense Decembri exortus. Supplicatio pro Poloniæ Virgini Pverperæ, vt primigeniæ culpæ expiatrix, per Beneficam Leloviæ Iconem, & huius prodigij auerruncet malam scæuam? *O nos*

O Nos incautos! agimus floralia? læsum
Quando parat virgalia cælum!
Quæ deceptoris, prohibet nos cernere Circe
Ingenium versatile mundi?
Lurida subsequitur gensales nænia soles.
Et mulcet dum scorpio lædit.
Semper suspectam prudens vitare memento,
Quæ blando micat hora sereno.
Inter festiuos, victor Romane, triumphos,
Lictoris post terga secures,
Virgarumq; time collecta ligamina; & ipsum
Circa quem rota vertitur axem.
Jucundâ magnum delusit imagine somnus,
Et ficti Phantasmate Circi.
Vidit in aurato populi agmina densa theatro,
Pompeij clamantia nomen.
Qualiter edomito rediens Oriente, suosq;
Cum plausu visurus honores,
Sedit adhuc Romanus Eques. Verum vnica vanũ
Detexit Pharsalia somnum.
Ah Janus ludit vulgus mortale Phebetor!
Nec somno euigilamus ab isto!
Creditis insano quod Saturnalia risu,
Gentilis dat festa December?
Placandis, nigram ceu tempestatibus agnam,
Ethereæ nos immolat iræ.
O illibato dotata Puerpera partu!
Prompta canunt dum carmina cæli;
Parua Genethliacis affundere gaudia cunis,
Nascentis permitte puelli.

Et qua

Et quæ per terras optatæ fœdera pacis,
Aligero funduntur ab ore.
Hæc quoq; post longi certamina torua duelli,
Sarmatica fundentur in ora.
Auferat vt nostro quas promeruisse fatemur,
Plagosas a corpore virgas.
Casta domet NATUM MATERNI suauia labri.
Ipsa liget sacra fascia dextram:
Ceu Latius Cæsar, posito terrore, reclinet
In puro sua fulmina lecto.

PRODIGIVM V.

TErtium Cometam, seu vt alij volunt eundem, sed aliter radios obuertentem, ominosus Poloniæ, peperit annus 1665 in ipso sui exordio. Consolatio Poloniæ, variante regna signo territæ; quæ ei à REGINA SUA PARENTE DIVINISSIMA, & in IMAGINE KCINENSI inexhausta beneficiorum penu, Mirabili, non vano spondetur augurio.

RVrsum euoluto, se nouus in suum,
Annus reuoluit tempore circulum.
Solennis hospitem Sabæo
Ara diem veneretur igne.
Ad vsq; celsos cælituum tholos,
Fument acerræ. pinguibus æstuet,
Panchæa tellus tota siluis.
Et cumulet sociata dites

Pan-

Pangæa fumos. ex humeris fluat
Texentûm amictus, qui dociles Phrygum
Exhauſit artes. quemq; filo,
Artifices rutilantis auri,
Neuêre Seres. Solicitis aue
Lux meta votis. Purpureas Patrum
Dextro Curules: Nec ſiniſtro
Arma Ducum moderare curſu.
Dextram, Lechæis prome Quiritibus,
Pacis quietem. belligeri vices,
Vel in pudendam Machometis
Proſapiem; vel in arua Thracum;
Effer Gradiui. Quod cupida irritæ,
Ah vota ludit ludibrium ſpei?
Funeſtat albas luctus horas;
Et pariles, ſibi vult habere
Colore vultus. *Cui Epicedio*
Taxus parentat, lętitiæ indices,
Jn nauſeabundo, recuſat,
Ferre roſas, hederaq; crine.
Plenis dolorum, difficile eſt iocos,
Riſuſq; vultu fingere mentibus;
Conuiua triſtem, quis facetos,
Ad Siculi moueat cachinnos,
Menſam Tyranni? Sanguine lubricas,
Myſtæ Thoantis, quis ſine buxeo
Pallore, vel furens Oreſtes,
Vel Pylades, prope ſtabit aras?
Damocliani fercula prandij,
Jpſoq; mortes introitu, ferox

Pro-

Propinat annus. euibratis
Noſtra patet ruiturus enſis,
Jn colla plagis. Non variabili,
Jam lata ſanxit Curia fulmine,
Decreta; virgarumq́; Conſul
Noſtra trucem iubet expediri,
Jn terga ſiluam. Quæ meritis, manus
Damnata loris mancipia eximet?
Quis ſorte mutata, bifrontis,
E miſeris faciet beatas
Jani Kalendas. Tradite Sarmatæ
Lamenta, toruis in mare Balthicum
Portanda ventis. fauſtiores,
Mundo aperit, venientis anni,
SACRATA poſtes JANVA. nec deeſt;
Litanda paci victima. quam PARENS,
Læſum remollitura PATREM,
E Proprij dedit immolandam
Cruore NATI. Cyclade veſtiet
Se bruma veris. dum teneris Puer,
Tepente de membris, inertem
Exhilarat DEVS imbre terram.
Longoq́; tandem de ſenio, piger,
Ad tam ſalubris pharmaca balnei,
Prodibit orbis; ceu recentem
Jn iuuenem recreatus Æſon.

PRODIGIVM VI.

Quartus Cometa, breuis quidem, ſed funeſtus, funeſtum DEO MORIENTE diem funeſtiorem ſuo effecerat

suo effecerat exortu. Anno 1666. Votum pro Polonia, ad illam REGINAM, cui in Coronam nectuntur sidera.

BEnè est. gementi funera FILII,
Jungunt PARENTI sidera funeras.
Defertq; funebrale lumen,
Ad Tragicum PATIENTIS æther
Dei theatrum. Totum abeat noua
Jn monstra cælum. Prodigialius
Nec vidit vnquam, nec videbit,
Terra, DEO MORIENTE, signum.
At mæsta tecum, dum socijs Parens
Collachrymatur Lechia planctibus;
TE per TVOS, TVIQ; NATI,
Prociduo rogat ore planctus.
Formidolosi ne dolor ætheris,
Ad nostra tædam funera præferat.
Nobisq; ferales ministret,
Sandapilâ præeunte lychnos.

PRODIGIVM VII.

INamanum quinti Cometæ Phanomenon, tempore æstivo, hoc est Mense Maio, Anno 1665 comparentis, omnem Polonia excussit hilaritatem. Futurorum medela malorum, ab eius miranda LVBACZENSI EFFIGIE imploratur, quæ est CAVSA NOSTRÆ LÆTITIÆ.

PRoſceniorum Roſcius explicat
Amæna Maius. Stat Charytum chorus.
Pulchriq́; Dictatore florum
Cum Zephyro, comites frequenti
Adſunt coronâ. Muſica plurimis
Demulcet aures vocibus; & ſuam,
Examinantis oſcen auræ,
Judiciò probat ales artem.
Nunc inquietos propipiunt pedes,
In curioſas gramina ſemitas,
Pulchræq́; Tantalos, virore
Vix ſatiant, oculos, iuuentæ.
Nunc veris ipſo, quemq́; trahit ſua,
Ad ſe, voluptas tempore. prouocat
Huic vmbra ſomnos; ille vernæ
Damna legit ſpecioſa Floræ.
Hic in recurui ceſpite marginis,
Cryſtallinorum lumina fontium,
Errore paſcit; ac in imo,
Dinumerat manifeſta lymphæ,
Secreta fundo; quoſq́; ſibi ingerunt
Audit ſuſurros; mitigat interim,
Etheſiarum temperatis,
Solis equos leuis aura flabris.
Sed his, quietas, delitijs beat,
Ver molle gentes. Ah nimis exulat,
Pars blandioris Maius anni,
A Lechicis procul iſta terris.
Pro meſſe florum, ſanguineæ rubent
Flagella virgæ. luctifico pauor

Jubatus

Jubatus, alterata noctis,
Occupat amphitheatra crine;
Ac siderales seditionibus
Jnfamat axes; terret & eminus,
Ardente, regnorum pauentes
Jgne capillitij Tiaras.
Quæ tam feraces in mala germinat
Natura scopas? Quæ trepidantium
Pallore Persarum, fugabit
Attonitum Salamina Xerxem?
Quam terra, ruptis rursus hiatibus,
Viso Cometa merget Achaiam?
Quæ flente Aristæo, peribit
Bura suis Heliceq; fatis?
Si fata nostris, Sarmatici decus
MARIA sceptri, cladibus imminent;
Tu quam rosarum & liliorum
Congeries, sequiturq; toto
Ver apparatu, blanda Poloniæ
Dabis dierum tempora. Tertij [a]
Sub CASIMIRO CASIMIRI
Ne miserum reuocetur æuum.

[a] *Anno 1462 ante mortẽ Casimiri III. tres soles in meridie Mense Decembri visi, & Cometes duùm ferè mensium spatio post occidentem solem apparuit Cromer. lib. 29.*

PRODIGIVM VIII.

FEralis Vrna, cruce signata, funestauit aerem. Hæc MARIÆ MATRI Viuentium, in

Prodigiosa ICONE IANOVIENSI
expianda offertur.

HOrrore pectus palpitat. & gelat
Letale venas frigus. in æthere,
Cæleſtis atrum, dum Polono,
Sarcophagum parat ira regno.
Olympe, triſtem cui ſubito locas,
Polinctor vrnam? quæ miſerabili,
De plebe ſegregata ſtabit,
Victima dilanianda cultro?
Salſis, inanes ſæpe hominum minæ,
Dignæ cachinnis. & temerariæ,
In ſibilantem Apeliotam,
Verba volant malè lapſa linguâ.
Toto, impotentis Xerxis, ad irrita
Flagella riſit Nereus æquore;
Secumq́, ſtultum verberati
Supplicium rapuêre fluctus.
Ad ſola læſi verbera Numinis,
Verus Pòetæ ſenſus Horatij.
Rarò ſceleſtam, claudicante
Præterijt pede pœna culpam.
Quoseunq́; vates ſandapilâ metus
Intentat aer. Tu modò Lechiam,
Non nubiloſo, perditorum
Spes hominum, ſpeculare nutu.
Pulchro, ſe in ipſis, germine ſurriget,
Fecunda taxis laurus; & aureum,
Diducet e colu, ſorore
Cùm gemina, ſoror æqua fuſum.

PRO-

PRODIGIVM IX.

Anno 1654 9. Iulij. Solis ad occasum vergentis, medium orbem, cor gladio transuerberatum, diro occupauit ostento. Et hæc tamen letalis plaga, solisq; deliquium, curandum ei proponitur, quæ in miraculosa IMAGINE SVA ZIROVICENSI, Diuinam Prolem Materno inhærentem gestat pectori.

VUlnus dolentûm flebile cordium,
Cor ense scissum. conspicuo pates
Jn solis orbe. vt altiore
Cor Lechiæ penetretur ictu.
Quoscunq; mundus vidit, & horruit;
Vincis dolores. Pæonij minor
Plaga est Philoctetæ. receptor
Herculeæ minor Oetha tumbæ.
Non omne vulnus, mortibus abditam,
Fisso recludit corpore ianuam.
Inter salubres, sæpè nata est
Vulneribus Panaceæ flores.
Solum, inter artus, permodico necat
Cor plaga tactu: punctum animæ, leui
Punctu fatiscit: nec Pelasgis
Vt feriant opus est sarissis.
At ima quamuis, lancinet intimas,
Fissura fibras; SARMATIDIS tamen,
Hiante REGINÆ, Patronam
Plaga manum roget alta morte.

NATÆ PATERNO CORDE, reconditam
Jn CORDE PROLIS geſtat imaginem;
A corde Materno, vt paratam
Corda ſciant petere ægra vitam.
Quas ſemiuiuæ, pandit acinaces,
Clades profundo vulnere Lechiæ,
DIOPTRA PERSPECTIVA CÆLI, *Ita Io-*
Jn medio mala noſtra ſole, *cat B.*
Aſpectu aprico perſpiciet; modum *Mariam*
Simulq; noſtris proſpiciet malis; *S. Andre-*
Et terrefactos Occidente *æ Cretēn.*
Sauromatas, releuabit ortu.

PRODIGIVM X

IN eiuſdem ſolis horrido ſpectaculo, pomum in quatuor partes diuiſum, exitialem Poloniæ, in quatuor Tyrannos oſtendit lanienam. Inuocatur in miraculoſa IMAGINE REGNOVIENSI, illius auxiliū quæ pomi eſu, perditā cum Patre ſobolem feliciter recuperauit.

FEcunda pridem materies ſtetit,
Malum, malorum. Vendidit heu malo!
Cum nundinatrix ſtulta, mali
Progeniem gula Patris eſu.
Multiplicato, nuntiat & tibi
Polone mærens, tot mala vulnere,
Fatale malum: iam quaternis,
Hæc quadruplex laniena, pomum
Regni, Tyrannis ſubiugat: *& diu*

Qua

Quæ colligato fasce ligauerat,
Vnita virtus, dissidens
Intereunt resoluta nexu.
O quæ fùáui, vincis Hymettij,
Dulcore longè blanditias faui!
Conuerte suauiante gustu,
Jn sapidos mala Mala fructus.

PRODIGIVM XI.

POmum fatali quaternione scissum, commutatum est in virgam. Quæritur asylum in Materno MARIÆ Patrocinio, a Paterna vltoris DEI castigatione. Carmen oblatũ PRODIGIOSÆ VIRGINI CALISSIENSI in templo Patrum Soc: IESV.

MUtos sepulchri discute puluueres,
Sedecianæ magne catastrophes,
Plorator: ac excede mæstâ
E Solymæ lachrymantis vrbe.
Jam per Lechæos, ingemina graue
Onus Triones. sæua repullulat
Jn signa Phæbus: & seuero
Euigilat fera virga monstro.
Rursumne Manli colligis in tuam
Virgulta prolem? num Fabij dabit,
Papyrius ceu in papyro,
Jura iterum truculenta dorso?
Stupensne, Bruti Roma iterum palam
Palum videbit? cum Patriæ Patrem

Vt se probaret, proditoris
Haud voluit Pater esse Nati.
Heu! prouocatam MATER AMABILIS,
In Filiorum terga, PATRIS manum,
Morare. natos, sæpè Matres,
Epatrijs rapuêre flagris.

PRODIGIVM XII.

ANno 1649. 10 Octob. qui dies Solennis est Polonis, ob victoriam a Turcis B. MARIÆ VIRGINIS ope, sub oppido Chotimensi reportatam, bellicum tormentum igne rubeum, contra Suecorum castra directum, nocturno in aere apparens, tota spectauit Cracouia, tunc obsidione cincta.

SPectamus? an nos palpebra decipit
Fallente vitro? fulminat igneis,
In castra Sueci, VIRGO signis.
Quodq; super sua tecta pendes,
Non vsitati visio prælij,
Supercubantes dimouet aggeres,
Cracus sepulchri, & fausta cæs
Omina vaticinatur vrbi.
O quos MARIÆ Machina funerum
Pones aceruos! Non ita Punici
Ductoris, accensis acerbæ
Ignibus, incubuêre capt
Faces Saguntho. quæ Latiæ fidem
Dum seruat vrbis; nec violat datum

Pacis

Pacis ſacramentum; tenendæ,
Promeruit Fidei eſſe pulchrum,
Regnis theatrum. Quid temerè, pios
Gentis fidelis, confero perfida
Cum Gente Manes? mitiori,
Trinacriæ cecidêre quondam,
Fragore portæ. Non humilis tuæ
Marcelle Prætor ſemita gloriæ;
Simulq; ſementis, tepente,
Ex oculis ſalientis, imbre,
Jn ora riui. Mox ſimilem Gote,
Dabis MARIÆ perditus exitum.
Quo ſubruenda ſub Latinis,
Gens gemuit Deicida caſtris.
Et vos meorum, Mænia, nobile
Decus laborum, quæ modò triſtibus,
Deformat Arctous fauillis
Mulciber, excutietis atrum
Efronte ſuaſum. quoſq; Tyrannicâ,
Nunc efferatos cernitis indole;
Sic diſperibunt; vt natantem
Inter aquas, rapit aura bullam.
Sic eſt. globoſæ Terrigenas pilæ
Inſtar cupido vertit. & interim
Euertit. inquieta, ſorte
In propria, malè ſeriatum,
Vexat ſuperbè nauſea Spiritum.
Dicitq; non dum ſufficiunt tuis
Poſſeſſa cliſtis. auctiore
Ni teneas aliena cenſu.

Si ſta-

Si flumen ipſam ſeruat originem;
Vix per puſillas ſerpit arenulas.
Vt ſumat incrementa, plures
Deſpoliet, ſocietq; ſecum eſt,
Neceſſe fontes. Suauior eſt gula,
Quam plura menſæ fercula diſtinent;
Quam prurienti, ruſticanas
Cui Cynici coquit olla pultes.
Hem! falſo auari dum ſapimus bono:
In noſtra ſtulti deſipimus mala!
Et noſtra perdimus, ſequentes
Solicitis aliena votis.

PRODIGIVM XIII.

INauditæ hactenus Polonis, in Menſe Februario, per Maiorem Poloniam, inundauerant eluuiones Anno 1655. Hæ MARIÆ VIRGINI, in Prodigioſa IMAGINE OTOROVIENSI, tanquam ARCVI FÆDERIS, præſentantur comprimendæ.

TVrbidis ſtantem procul a procellis,
Occupa Lechi ſoboles Olympum.
Cernimus rurſus redijſſe priſcæ
Secula Pyrrhæ.
Bruma frigenti glaciata febri,
Cedit autumno. poſitæ abrogantur
Menſibus leges. variantq; fixas
Tempora cauſas.
Phæbus in denſas, moriente luce
Tranſijt nubes, agit ante noctis

Sceptra, nox sceptrum, nec aperta pandit
Sidera nocti.
Luna nigrantem, pauefacta, spectat
Hesperi rhedam. medium renato,
Sol licet non dum est spatium quadrigâ
Mensus ab ortu.
Quantus est! totus natat in liquatis
Juppiter nimbis. nec habet, madentem,
Quâ grauis flammâ famulantis æthræ
Siccet amictum.
Gaudet antiquas rapuisse mixtis
Fontibus metas, Dominus refusi
Nereus Ponti, volitatq; laxis
Victor habenis.
At sibi ereptos, miseranda tellus,
Plorat aspectus. via nulla restat,
Quâ superfuso, gemitus ad astra,
Mittat ab alto.
Ante, formosos vbi Flora campos,
Dulce ridentûm variante florum,
Pinxerat visu, viridesq; lusit
Compta per herbas;
Hic vago fertur leuis alga motu,
Et stat informi statione limus;
Aut arenarum sitis, inferaces
Ponit aceruos.
Squammeum, densos pecus occupauit,
Arborum lucos; vbi crebra paruos,
Jure Maiali, volucrum colebat
Turba penates.

Quid?

Quid? laborantem sub aquis, benigno
Nulla tellurem releuabit Iris
Orta conspectu? pluuiæue demet
Pabula nubi?
Sed coloratum, teneant procellæ,
Fæderis pacti labarum. Polono,
Imbribus pulsis, noua condet Iris
Fædera cælo.
Quæ serenato, quoties Tonantis
Detonat telis manus, in nocentem
Sontium vitam, nebulas furoris
Dissipat arcu.
Nec prece obstantis timidâ repulsæ,
Flectit admissis vitijs iniquum,
Filij vultum; facit & vacantem
Fulmine sedem.
Quin, velut cunctis mare confluentes
Alueis haurit fluuios; per orbem
Sic inundantes sepelit MARIÆ
Nomine pœnas.

PRODIGIVM XIV.

Anno 1654. Ipsis sacrosanctæ Pentecostes diebus, vix credibilis hyems, omnes segetes in Minori Polonia, Russiaq; necoxit. Querela, coram mirabili DIVINÆ PARENTIS simulachro, in villa Czermnsko, reposito. Vi hac NAVIS INSTITORIS de longè portans Panem, Poloniam ab imminente præseruet fame.

Ohe!

O He! cum celeres ad Lybicum regit
Cancrū Phœbus equos. quā gelidā riget
Bruma effrons glacie! nec timet exulē
Regno pellere Junium!
Defluxiſſe ſacro flet capiti gemens
Ornamenta Ceres. Triptolemi vicem
Suppleuit Boreas. ſpicea frigidis
Marcent ſerta Decembribus.
Quantum ſub nitidum congerie lucrum!
Quantusq; agricolæ diſperijt labor!
Et filo e tenui pendula, marcido
Spes in gramine concidit!
Quam vili, miſeri Terricolæ, graues
Angorum Iliades claudimus exitu!
Longus tot ſpatijs totq; fluit vijs,
Vnam ſudor ad horulam.
Sic in ſolicitos, intima viſcerum,
Solers fila dolos fundit araneus:
Quos mox irſtabilem diſſuat inuolans
Veſpæ penna per aerem.
Sic per cuncta vagis gramina pennulis,
Prati, ſcandit apus; nec tamen in ſuos
Condit mella fauos. melliſluæ alteri
Spumant nectare cellulæ.
Ergo iam miſeri roſa Erichthonis
Linquet membra fames: & Scythiæ cauis
Tranſportata Petris Lechiaco putres
Herbas colliget in ſolo.
Verum Niliaci talia ſommet

Princeps fata throni. Sarmatiæ RATIS
NVNquam DEFICIENS, Triptolemi vehet
Plenis munera carbasis.
Quæ ne perpetuâ corrueret cibi
Tellus esurie, diuite ab exteris,
Depulsura famem, merce, Alimoniam
Cæli detulit horreis.

PRODIGIVM XV.

SAnguineus, DIVÆ BOCHNENSIS, ante bella imminentia ploratus, & funestauit & recreauit Poloniam. Cui non leue solatium est, cecidisse ante maternas REGINÆ SVÆ lachrymas.

PLoremus? an Massylus immotos riget
Intra oculos scopulus?
Caniq; marmor Caucasi?
Ploremus? En solamen opplorantium,
Nos præit in lachrymis.
In lachrymasq; prouocat.
Ploremus? En quam gutta guttam, profluis
Prolicit ex oculis!
Et rore ros protruditur!
Siccate latices vuidæ pupillulæ.
Mortiferum iste liquor
Scyphum propinat Lechiæ!
Quem nec Neoclides iuuenci in sanguine,
Nec bibit ingenuus,
Haustâ in cicuta Socrates.

Tali

Tali malorum temulenti amyſtide,
Vincimus immodicè
Epoti aquas Lynceſtij.
Sed ſit gemituum. ſit dolorum nuntius.
Prodigioſa tamen,
Nimbo placeris Lumina.
Nam ſi Syracuſiæ ſub hoſte vrbi fuis
Lene perire, ſuis
Jllachrymante cladibus.
Et tu vetuſto nobilis gens ab Lecho,
Si tibi ſtare diu,
Suprema denegat dies.
Cade. rue. nam tuo madentes in malo,
Virginis ante genas,
Saltem peribis lenius.

PRODIGIVM XVI.

HOrridum prodigialium lachrymarum augmentum. cum præter prædictam Imaginem, alteram MARIÆ VIRGINIS, ſimilia fletus fædauit Effigiem: hoc eſt ICONEM MISLENICENSEM in Minori Polonia.

DIgnas cothurno præuia præeunt
Portenta clades. Terruit Antium,
Meſſoris olim Seia falcem, *Liuī.*
Sanguineâ maculoſa meſſe. *lib.22.*
Tabo vetuſtum Cæritis oppidum,
Coinquinatos viderat Herculem
Mutâſſe fontes. ac hiantes
Horribili ſtupuêre rimâ Cæ-

Cælos Phalisci. cum Thrasymenio
Spretor Deorum Flaminius lacu,
Deformibusq; Varro Cannis
Prætumidos posuêre fastus.
Et ad timendis tristè volatibus *Liui. lib.*
Reate Saxum palluit, antequam *25.*
Non hospitali Consul hospes
Hospitis interijsset astu.
Sed decolores sanguine, fluminum
Exeste cursus. dissona partuum
Exeste semina. & minaces
Duræ hyemis, lapidumq; nimbi.
Humana quidquid, prodigialium
Horrore pauit lumina visuum;
Excedit id, fædante malas,
Effigies MARIANA rore.
Heu Lechicarum versus in integra
Exuberantis Danubij ostia,
Ros vastitatum! aut cæterarum
Eridanum Satrapen aquarum!
Ferox subacti sceptra Palæmonis
Fossedit Arctos. Lechia Vandalis
Frenatur indignè lupatis.
Jn Scythicas abijsse leges
Se plorat omnis Russia. perditum
Redintegramus cladibus Jlium.
Troemq;, nostrâ nos stupemus
Pernicie reuocâsse Xanthum.
Ferro refertos scire nequit Ceres
Confusa campos. Sola riget seges

Æris

Æris per agros. pro ferace,
Triptolemus legit ossa spicâ.
Mars ipse supra funera nauseat.
Et dissecandis staminibus, manus
Lassata Parcarum, stupescit
Tantum hominũ potuisse dextras.
Pridem stiterunt sed tua lachrymas
Stillare MATER lumina. Fac bona,
Vt & Lechæa terra, cesset
Sanguineis lachrymare riuis.
Quando abiugatos, Hesperijs equos
Sol pascit aruis; & maris e sinu
Nox fusca prodit; si pudore
Purpurei rubuêre Cæli,
Non inde semper Tiresias malam
Scæuam auguratur; quod sibi mutua
Minentur arma, Patre frustra,
Æolij prohibente fratres.
Cæli pudores, Mane modestius,
Testante quondam Numine nuntiant.
Et ominantur nascituram
Lumine commodiore Phæbum.

PARS VII.

DIVA TVCHOVIENSIS Fons inexhaustus mirorum beneficiorumq; operum. Sueco, Russo, & Transiluano, in sua Imagine formidabilis.

ODE I.

DE singulari, B. MARIÆ TVCHOVIENSIS, erga suos clientes protectione. Nam quicunq; in prælio Berestecensi, gestarunt illius icunculas, omnes illæsi inde redierunt.

REgi ad exemplum, componi credite ciues.
Rex, viua lex est subditis,
Totaq; norma boni.
Felix censura est. plæclara exempla parantur.
Cum sponte Princeps, assecias
Quod monet, ipse facit.
Non valet humanos magis intercludere sensus;
Quam cum Lycurgus, quas tulit
Legibus obsequitur.
Non fugienda Patrum, Natos, vestigia ducunt;
Et per decoros tramites,
Linea pulchra trahit.
Non solũ quod sceptra regis; Rex dicitor. at quod
Sis ad

Sis ad regendum credito,
Regula recta gregi.
Sit prior Æneas opera inter talia. Troiæ
Sequetur Authorem manus,
Et sociabit opus.
Ad bellorum acies, cinctus Pietate MARIÆ,
Procedis, vna Lechici
Lux CASIMIRE Throni.
Te virtute, simul miles comitatur, eâdem,
Fracturus armis Cynthiæ,
Cornua Bistoniæ.
Sancta, panoplijs pro cunctis, fertur IMAGO.
Cuius lares, sonantibus a
Fluctibus ALBA lauat.
Hæc sola est clypeus, clypeo felicior illo
Qui concitauit Doricæ,
Numina militiæ.
Qui mundū erudijt, quidnam facūdia posset,
Vir eloquens, fortissimi
Cum tulit arma viri.
Certa tuis REX Magne fluet victoria castris.
Victoriarum dirigit,
Cum tua castra Datrix.
Securam miles feret, inter vulnera, vitam,
Quam, vita per quam perditis
Prodiit, illa tegit.
Munierat quondam Pelidem Pallas Achillē,
Ne peruius periculis,
Vulneribusq; foret.

Laome-

a *Alba seu Biała fluuius Thuchouiensis.*

Laomedontæo Mater quoq; falsa Dynastæ,
Fulgoribus solis parem,
Obtuletat galeam.
Quæ furialè micans terreret lumina Turni.
Metumq; depugnantibus,
Incuteret Rutulis.
Ardebat flammis non enarrabile textum,
Quod in Cyclopum in cudibus
Fecerat Ignipotens.
Non secus, ac liquidâ si quãdo nocte, cometæ
Vomunt capillatum iubar,
Sanguineiq; rubent.
Vel qualem, genitor morborum Sirius ardor,
Siccos sub Augusti dies,
Halat in arua sitim.
Sed procul insani molimina inepta laboris.
In vanitatem fertilis
Progenies cerebri.
Non ficto VIRGO munimine, corpus obarmat,
Clientium contra tuas
Thracia Diua rotas.
Sibilat emissis Lachesis per castra sagittis.
Densoq; plumbi Martios,
Perpluit imbre viros.
Virgineã at quis quis pro scutis ICONA portat;
Imber petito à corpore,
Sic reuolutus abit:
Vt nil læsurâ, scopulus cum tunditur algâ,
Algæ retunsa, tunsio
Absilit à scopulo.

Disce

Discè tuæ miles quæ sint tutamina vitæ.
Qualiq; vertex Atropon,
Non timet in galea.

ODE II.

B. MARIA THUCOVIENSIS, *Præsens Authori solatium. cui ille nunquam sine subsidio, suas commendauit necessitates & solicitudines.*

EXulcerantes pectora scrupulos,
Frontisq; rugas, purpureo fugat
Hortus theatro: dum renato
Post hyemem tepet Hybla Maio;
Amæna multùm, nec mihi pulchrior
Tempe voluptas denegat; & mihi
Depromit optatos aprico
Delitias Paradysus horto.
Nec si me, atroces, Penthea, distrahunt
Angore tricæ; lilia Cygneis
Quæro æqua plumis; aut rosarum
Purpureis labra tincta succis.
Candore vincit lilia; Punicas
Rubore VIRGO transgreditur rosas;
THVCHOVIENSIS, quam precante,
INDIGETEM colit ARA cerâ.
Hic inquietos Thelephij miser
Depono morsus vlceris. hic nome
Se frangit. hinc sereniori
Certa venit medicina menti.

ODE

ODE III.

AD Eandem generis humani Consolatricem, authoris in calamitatibus Poloniæ pro eadē Polonia & pro se ipso supplicatio.

HOrroris tempus tenet illætabile frōtem.
Defrenatur habena dolori.
Scindite fatorum perimentia fila ministræ.
Quid tandem sub sole placebit?
Displicet ipse dies. nec prodit amænus, amæ-
Phæbus humū qui circulat axe. (no
Si liquido specto exerrantia flumina ludo.
Jn lachrymas me flumina ducunt.
Audio siluarum si mutua murmura; flenti
Persuadent epicedia siluæ.
Si forment volucres, teneros super arbore,
Jnsulsas condisco querelas. (psalmos;
Non me, qui Stygias Cytharâ molliuit Echy-
Threycia testudine flecter. dnas,
Hunc qui Cadmæos animauit carmine muros,
Cantantem Corydona putabo.
Non ego camporum miror proscenia; miro
Quæ retegit natura theatro.
Alcinous totos huc conuehat hortus amores.
Nil totus mihi proderit hortus.
Tristitiæ induxit captiua Polonia Cauros,
Antiopes lamenta resorbens.
Lamentatores, poscunt delubra, genarum
Jmmenso sud rudere nimbos.

Non ad

Non ad plebeias ſtant metra Simonidis vrnas.
Aut plorant ſine nomine Manes.
Jntegra Patritij plorantur caſtra cruoris.
Ne vili contecta ſepulchro.
Mænia deflentur nullis habitata colonis.
Et vidui ſine prole Parentes.
Menti hæret crudi ſpolium miſerabile Martis,
Biſtonijs plebs curua cataſtis.
Noſtra Muſurmanas onerauit natio claſſes.
Ruſſiaq; eſt dicenda Propontis.
Nulla caret noſtrâ Odryſij maris inſula pube.
Nos Aſiæ ſola ſenta replemus.
Noſtrarũ é gremio Matrum, probroſa reuulſis
Strata Canum caluêre puellis.
Et iã CONSTANTINE Tua famulatur in vrbe,
Vincta graui KIJOVIA ferro.
Hic exaudiri gemitus, & ſæua ſonare *Æneid*
Verbera, Dux Troiane ſtuperes. *lib. 6.*
Hic verus ſtridor ferri, tractæq; catenæ.
Hic regnant Rhadamantia ſceptra.
Quid memorẽ magnos cumulatæ cædis acer-
Et pingues de ſanguine glebas? (uos?
Putre ſolum ſanie faciem permutat; aratro
Dum campi premit oſſa politor.
Spirantes tabo, & cælum ventoſq; grauantes,
Jpſæ agros edêre volucres.
Talia proſpiciẽs, quis non Harmodius omnes
Effundat per barbita leſſos?
Sicne ærumnoſus, maceratæ pectoris arcĩ
Nulla dabit reſpiria morſus?

Hæc

Hanc statuit magno legem Lex Maxima mundo.
Succedant vt tristia lætis.
Et mox irriguas desiccent gaudia malas;
Et sileat sub risibus angor.
Nox non aternâ retinet caligine solem,
Hesperium postquam intrat Iberum.
Sed neq; continuo, tenebrosam lumine noctem,
Antipodum sol claudit in antris.
Nunc natat in lachrymis; nunc Iuppiter auget a-
Cæruleum per inane cachinnos. (mænor
Nunc turbat timidos, turbata venilia, nautas;
Nunc maris Halcedonia torpent.
Post tragicos ridet Comœdia læta cothurnos;
Et mimo salit histrio saltu.
Me solum, æterno noctes horrore tenebunt?
Nullum cras meliora reducet?
Tarpeio quondam residens in culmine cornix
Occinuit MELIORA SEQVENTVR.
Sit tardo structor, Diphilus. sed post duo lustra
Promissas tamen extruet ædes.
Anuum solus ego miser expectabo Platonis
Pythiaca vel fulgur in Harma?
Quisnã Aquilo tãtas depellet flamine nubes?
Ergo nunquam Euripe quiesces?
Tollite me celeres Zephyri; suspiria Cauri,
Pernices mihi iungite pennas.
Huc vbi parua, pigras Thuchouia, spectat a-
Et crebras, sua gaudia, siluas. (renas;
Hic se Virgineam dolor exhilarabit ad Aram;
Hunc fugient mea nubila solem.
Nec primùm

Nec primũ, blandæ, mærentia carmina, certũ
Ad DOMINÆ tendetis asylum.
Tot dedit acclini iam MATER prouida, luctus
In nebulis, solatia seruo.
Et nunc VIRGO, tuas nunquã non mitis ad au-
Missa volant cum carmine vota. (res,
Non petimus Lechi primæuæ tempora famæ,
Quâ pauidum calcauimus Jstrum.
Cum Byzantino, marcente Propontide, Regi
Moldauiæ fuit vrna Chotimum.
Vel VITOLDÆA resupinus Bosphorus hastâ,
Sub nostris vt væneat hastis.
Non Dominas rursũ vt ponas CHABER inclite
Edomiti per littora Salæ. (metas,
Tempus erit, nostrâ pubes, de stirpe priorum,
Cum releget, vestigia Patrum.
Plenisq; Ægeum galeis bibet Hellespontum.
Et tacitis Mæotida ripis.
Nũc humiles liceat depellere VIRGO catenas;
Et Gotici iuga dura Tyranni.
Facatâ tandem, reserati ferrea Jani,
Compescat pax limina claue.
Quos nunc ferali scindit discordia motu,
Sancta liget concordia ciues.
Deniq; me, dulcis, de mille clientibus, vnum
O VIRGO defende clientem.

ODE IV.

AD eandem LVMINIS de LVMINE GENITI GENITRICEM, cum hæreticas noctes ad Spoliandam TVCHOVIENSEM Aram properantes, immissâ prodigialiter caligine abegisset.

QVid nox Thyestæ? fabula. fabula
Orci lacunæ. Styx, Phlegeton, chaos,
Nugæ; iocusq;. risus, olim
Cimmerij sine luce luci.
Heu culpa veras mentibus ingerit
Patrata noctes! quæ superant tuas
Amsancte fauces; quæq; ternis,
Pluto regit data regna Diris.
Has peieranti Vandale crimine
Spiras Mephites. dum tibi Tantali,
Jgnita pectus, in MARIÆ
Jnnocuam sitis vrget Aram.
Vt se Africano turbida Circio,
Cupido Versat! Vexat Vt omnia!
Magisq. sæuit, quam prehensos
Quando Vorat sacer ignis armos.
Quidquid retrusis prouida condidit,
Communis altrix terra, repagulis;
Vt Matricidarum secures
Effugeret genitrix Neronum.
Jd emedullat, per titubantium
Ligone fossor, vulnera collium;
Dum nunc Ibera; nunc Liburna;
Pernicie licitatur antra.
Propè ipsa tusci limina Tænari,
Solem perosos funerat exules,

Spe

Spes vana lucri; ſubruendum
Vix paries tenet vnus Orcum.
Plutum, ſalutis prodigus, auios
Per inſularum nauita limites
Veſtigat; *hydropemq́ habendi,*
Potor opum magis auget hydrops.
Quis Syſiphææ limes erit ſpei?
Quæue infidelis meta pecuniæ?
Cum Tota noſtræ ſcripta Vitæ
Summa. SATIS. Fluat Hermus au-
Nutent opimis Gargara frugibus; (*ro;*
Vtroq́ Titan cardine ſeruiat;
Telluris hæres, ſortietur
Vix triplices tumulandus Vlnas.
Nec in profanas, bullit opes ferox,
Tantum appetitus. Noctigenûm face
Vrgente Pentheos, Sororum,
In vetitam ruit vſq́; prædam.
Quænam illa peſtis, pulueream trahit
Secum procellam? quis volat improbo
Globus tumultu? quæ rotantur
Tyſiphone præeunte turmæ?
Agnoſco toruæ progeniem Stygis.
Inominatis Zwinglia fulgurat,
Bellona ſignis. quam ſceleſti,
Sæuus amor coquit intus auri.
Te contra, iniqui, Diua ruit rapax
Argenti Orexis. Te volucres petunt
O MATER Harpyiæ. Tuamq́;
Exitij metus vrget Ædem.

Suæne pugnax pro Dominæ domo,
In fraudulentos Hæresis assecla,
Non surget æther? & silebit
Pro proprijs Domus ipsa tectis?
Quondam in dolentûm turbine ciuium,
Cum Tullianos, non nisi nomine
Pulcher, penates, parricidâ
Per scelus est populatus igne.
Toto eloquentis Rhetorices tono,
Contra impudentem Tullius arserat
Plebis Tribunum, dum Latinus
Juppiter in Cathedra tonaret.
Hic nulla vocis fulmina mugient?
Claudetq; muto labra silentio
Orator aër? nec patentes
Rumpet humus reserata fauces?
Cassisne Pæan vocibus insonat?
Quod sola toto strauerit Hæreses
MARIA mundo? quas bibisti
Flammiuomas propè Ditis olim
Arri paludes? quas docuit trifaux
Latrator Orci, Nestora Cerberus?
Quas cum furore coniugales
Eutychio peperêre Diræ?
Quascunq; stultâ fudit arundine,
Caluinianæ rixa proteruiæ:
Errorq; Zwinglij; & Lutheri
Pugna; Melanchtoniæq; pestes.
Verum Polonæ, nunc quoq; nobilis
Viret triumphi laurea PRINCIPI.

Fremen-

Fremente, vindex, transmarinos
Jn Sisaras polus ardet irâ.
Et testis iræ, præcipitem, peplo
Velata nubes obtegit æthera;
Claramq; vespertina lucem,
Ante statas, fugat hora, metas.
Negate pulchram gemmea lampadem,
Jnominatis astra volucribus;
Jn noctis vmbra, noctuarum
Lucifugæ volitent cateruæ.
Cohors latronum, munere publici
Indigna Phæbi. quam temerario,
Jn cycladatam sole DIVAM
Cum furijs, furor egit astra.

ODE V.

VOtum ad Eandem Votorum nostrorum metam pro afflicta Polonia.

COgnatus cælis, alios delectet Olympus.
Aut ventis imperuius Hæmus.
Herculeæ, metam Calpen, Hispania clauæ
Opponat, NE PLVS EAT VLTRA.
Annibalem nimijs exurat gloria tædis.
Jndomitas quibus edomet Alpes.
Nubigena his niuibo spectacula præbeat Ossa;
Vere alios demulceat Æthna.
Sit quem detineat crinito vertice Pindus.
Aut magni rogus Herculis Oëtæ.

Me rapit, in caros nemorosa Tuchouia colles.
O felix Tuchouia templo!
Templo! quo posuêre suum miracula nidũ
Munificâ stat in Icone VIRGO. (&
Morborũ domitrix,& mors creberrima mor-
Ac laceræ firma anchora cymbæ. (tis;
Huc fertur variæ spoliũ lachrymabile Parcæ;
Et spolium Proserpina reddit.
Huc serpunt ruptis putentia corpora neruis.
Et referunt vim corpora primam.
Odrysijs implorat opem captiuus in oris.
Et patrias reuocatur in oras.
Vidi ego, ferratis pendentia vincula circis.
VIRGINEI sacra signa peculî.
Et vidi. & dixi. Vnius SPES PVBLICA, Tantã
Te didicit numella Patronam.
En Tua non vno gemit arcta Polonia nodo.
Arctatam nec VIRGO renodas.
Fallax abripiat submersos Alba; reducis
Emersas ad littora prædas.
Nobis infudit totam, vesana, malorum
Te spectante Malæa procellam.
Irata obliquis voluantur fulmina pilis.
Exarmas HERA fulmina pilo.
Hinc torquet Got9;hinc armata tonitrua Mo-
Exarmare tonitrua cessas? (schus;
Eia age. si raptum stulto nec Moschica cæpto,
Nec ponit Gota fulmen Enyo.
Tu quoq; fulmineâ Phaetõtes percute fundâ;
Et compesce grauẽ, ignibus, ignem.

ODE

ODE VI.

SVspirium ad vitæ humanæ Tutelam; MARIAM VIRGINEM. cum furor Transiluanicus, & Roxolanus, innumeram, Varijs in silvis, & latebris, latentem plebem interfeciſſet. & ipſe author, tempore huius incurſionis, in Tuchouienſi latuiſſet ſiluâ.

FElices Arabum, quid iuuat arbores,
Per tot difficilis tædia Nerei,
Et diſpendia vitæ,
Vanis quærere ſumptibus?
Quid formoſa Syri vulnera balſami,
Mercamur pretio? Nobilium ſagax,
Quid venator odorum,
Serum rura perambulas?
Huc frontis geminam conijce lampadem;
Quâ verrit tremulis nubila crinibus;
Et moto annuit Euro,
Paruæ ſilua Tuchouiæ.
Hæc Carmele tui prægreditur iugi
Fortunata comas. hæc cupidas premi
Palmas, vincit Idumes;
Et criſpum Libani caput.
Jlli cedit Athos, & Zephyri torus,
Tempe Theſſalicis roſcida fontibus.
Hæc felicior, vdâ
Pæſtani ſpeciè ſoli.
Non quod præcipuis diues odoribus,

Mercatoris opes auget, & vtili,
Se ditare volentûm
Implet compita iurgio.
Non quòd difficili cinnama cortice;
Aut Myrrhæ lachrymas; non popularibus
Vel progignat acerris,
Ditis gramina Persiæ.
Sed quod simplicibus, fida Puerperam,
Natarum obsequijs, subdita Virginem,
Impensè veneretur,
Et totâ colat arbore.
Hæc formosa Cedro, despicit hispidum,
Grandæuo Libanum sub silicernio.
Jsto picta triumphat
Pæsti iugera lilio.
O quæ Virginei sumis ab integra
Jllibata cedro Symbola Corporis!
Noxarum carioſas
Nunquam passa teredines!
Jdæ pinifero, Dardanium tegant,
Tecto, tesqua Ducem, ne Priameia
Post incendia, paruam
Romæ perdat originem,
Jngens Pannonico, plurima panico,
Sese, turba metu, condat in auios
Saltus, pallida Rossæ
Venatura ferociæ.
Me vicina Tibi silua, mihi Cypri
Apricis potior præ topiarijs,
Abscondat spatiosis;
Tutrix abdita brachijs. Hic,

Hic, seu de roseis Phosphorus exeat,
Ornatus thalamis, & rutilam aureâ
Solis Curopalates,
Turbam submoneat rude.
Seu idem, reducem, vespere Cynthy
Germanam, reuehat noctifer Hesperus,
Et noster salebrosis
Nunc saluator in angulis;
Vates Sarmaticam flebo Tragœdiam.
Perfundam tepidis rudera lachrymis.
Et proiecta iacentûm
Passim frusta cadauerum.
Donec VIRGO tuis eliciam simul
Fontanam ex oculis; nostra lauantibus
Vt sic crimina thermis,
Lustralis liquor eluat.

ODE VII.

MEmnosine VIRGINI DEIPARÆ in sua Imagine TVCHOVIENSI Opitulatrici. cum autor, persequentium Russorum, & Transiluanorum, eius ope, crudeles manus effugisset.

QVid plusquam Æacio, VIRGINIS horream
Defensus clypeo? seu subiti ingruant
Bellorum fremitus; seu secet Atropos
Curuâ licia forfice.
Me vel Parrhasijs pone sub axibus;
Quo nunquam tepidos deuehit halitus,

Florum Flora Parens; nullus vbi pigras,
Maius diminuit niues.
Vel per, Gorgoneo semine, feruidæ
Tractum fer Lybiæ; cuius humus sitim
Æternam patitur; nec minimis tamen
Fauces proluit imbribus.
Cui nec per modicum, Triptolemū Ceres,
Indulsit spatium; quam reuirentium
Siluanus nemorum Satrapa, nullibi
Vmbris vestijt arborum.
Qui-me-cunq; situs viderit hospitem,
Si tu VIRGO tuum præsidio comes
Vallabis famulum; non erit aduenæ
Formidabilis hospiti.
Te ducente nigræ regna Cafrariæ,
Ignotæq; mihi climata Bengalæ,
Et nostro ad libitum sanguine fertiles,
Visam Japonis Insulas.
Rxlex China, suos hospitibus licet
Intercludat agros, per medias tamen
Pilorum segetes, septa nefarijs
Rumpam littora legibus.
Mox Malabarici tergora Nerei,
Malacæq; canos ingrediar sinus,
Mox curram intrepidis nauita carbasis,
Molucana per æquora.
Cautus, pennigeris non peto mortibus
Prægnantes pharetras, nolo volubilis
(Victorem illa licet sæpius in fuga
Vincat) spicula Thraciæ.

Fru-

Fruſtrà Terrigenûm prouida mens, cupit
Euitare nigram Perſephones colum.
Nec quidquam ſarijs ponere quærimus
Tot munimina caſibus.
Leto mille modi. mille pericula
Et ſunt mille ſiæ. dum fugis, in fuga
Mortem ipſa reperis. is; recubas; ſimul
Tecum mors cubat; ambulat.
Hic cautus galeæ triſtè micans iubar,
Armando capiti ponit; hic æs triplex
Circa pectus habet; mortifero tamen.
Ne ſic ianua ſulneri,
Intercluſa latet; per rigidos celer
Clotho intrat chalybes; & caput, & caui
Spiramenta rapit pectoris, irritas
Irridens galeæ moras.
Js ſecurus erit, qui meruit cliens
Diuæ præſidium Matris. hic obuium.
Cælo teſte, caput per dubias feret
Jmperterritus aleas.

PARS

PARS VIII.

MVltiplex MARIÆ Polonorum REGINÆ, in varijs Jconibus, erga Poloniam, Lithuaniam, Russiamq; Præsidium & indubitata salus.

ODE I.

IMago DIVÆ VIRGINIS CROSNENSIS Transiluanis Russisq; formidabilis. quæ post emissum ad se a Crosnensibus Ciuibus Votum miro hostes terruit prodigio. in ipso enim oppugnationis feruore, apparuit in aere hasta rubra, Polonicorum armorum genus,

AD arma. ad arma, pulchra Leche strenui,
Propago Martis euola.
Si tela torpent. degener si patrias,
Ærugo rodit lanceas.
Nouos paratus lancearum, cælicis
Ab officinis arripe.
Quos præliorum, VIRGO, lecta desuper
PRÆSES tuorum porrigit.
Adhuc iniquæ turba Transiluaniæ,
Vrges Gradiui classicum?
Neç obstinatam frontem, ineluctabili
Prudens retorques vulneri? Hem!

Hem! dote tantâ sanguinis ducens nouum,
Sponsæ procum Poloniæ.
Non fabulosa scena iam, Cepheiæ *Ouid. Me-*
Ordiris aulæ fabulam. *tam. lib. 5.*
Actura stultè Rhineum, aut Polydæmona
Atynue Gangis accolam.
Et quas venena sibilante Gorgone,
Hymen cecidit Persei.
Absiste lingua. casta, cum procantibus,
Componis arma iurgijs?
Non semper apta, deferendis mortibus,
Amenta, mortes inferunt;
Ad bellicosam, quæ neci mortalium,
Bellona cudit aream.
Pallantis in se Turnus emissum, ioco
Tuto remisit missile.
Pariq; Turni Dauniam, Dux Dardanus,
Risit cachinno lanceam.
Quæ Martiali, dimicanti, in circulo,
Vxore pro Lauinia,
Terræ tenaci sic inhæsit cuspide;
Vt truncus hæret esculi.
Mars, morsq;, paruæ limite quidem literæ
Discriminantur; attamen
Hostile pilum nec leuem lædit pilum
Vetante Martis arbitro.
Pila illa, Rosse metue. quæ pro Lechia
REGINA torquet Lechiæ.
Ad arma. ad arma, prouola. ad quæ te Tua
Polone Ductrix excitat.

ODE

ODE II.

DIVA SOCALENSIS, a qua Rex Inuictiſſimus IOANNES CASIMIRVS, cum ſub Ciuitate Socalenſi, reliquas Poloniæ vires, contra CHamum Tartarorum expectaret, narratur ſæpius opem flagitâſſe & pro ſua Pietate impetrâſſe.

SInt, quos frugiferis diſtinet oſtijs,
Monſtrorum genitor Nilus. in obuios
Dum graſſatur agros; & replet vnico,
Lagæ ſegetis ſemina, gurgite.
Sit, qui ad præcipites Danubij pauens
Stet ſpectator aquas. vel per inhoſpitam
Colchon, diuitias velleris ambiat.
Aut e purpureæ portu Oromuſiæ,
Conchas, ſolicitâ naue, puerperas
Gemmarum, Occiduum portet ad Heſperum.
At me Caſtalius proripit incitus; *Ruſſiæ*
Ruſſorum, virides quâ rapidis Bogus *fluuius.*
Ripas lambit aquis; & DOMINÆ pedes,
Caſtis Naiadum ſuauiat oſculis.
Quâ LAR Chriſtiparæ, culmine iurgia,
Pugnasq; Æoliæ deſpicit Inſulæ.
Salue VIRGINEI DIA PALATII
Sedes. Sarmatico pacis in otio
Tantâ nuper opum dote grauis. nitens
Donatorum auidè luce monilium.
Te Martis tunicâ tecti adamantinâ,

Votis

Votis ſolicitant, cum populo Duces;
Bellacesq́;, pijs nutibus, ægides,
Et ſtrictos chalybes, & galeis truces,
Curuant, cum rigido poplite vertices.
Quin Rex ipſe, tuam, dimidius vocat
Casimirvs opem. Biſtonios, Hera
Pollens Sarmatiæ, differ acinaces;
Deformisq́; Lecha cæde, Rutheniæ,
Pallenæa procul diſiice germina.
Audimur. roſeâ pulchrior Jride,
Ferratam Geticæ Diva proteruiæ
Pellit diluuiem. ſole ſerenior,
Coniurata fugat nubila Ruſſiæ.
Qualis, cum pauidum, nauita nubium,
Terrentisq́; Abylam fulminis armiger,
Jn campo leporem proſpiciens, vago,
Pennæ remigijs, denatat ex Ioue;
Et pandis ſpolium lancinat vnguibus.
Talis, Biſtonios in Lapithas, Lechus
Quâcunq́; effugium præuidet, inſilit
Victor terga premens; mixtaq́; Ruſſiæ,
Denſans cum Getico, vulnera vulnere.
O talem Lechicis, Cælitum iubar,
Diva, aſperge ſitim nunc quoq́; lanceis!
Cùm per ſeminecis membra Poloniæ,
Arctos Patrhaſijs ſe rotat vngulis.
Fallorne? an roſeis nutibus annuit?
Mauſuetisq́; preces combibit auribus?
Et promittit opem? quidquid id eſt tamen
Hoſtis ſoluet atrox, vincula vinculis;
Et fuſo, innocuũ, ſanguine ſanguinem. ODE

ODE III.

Vindex DEIPARÆ manus, Rauæ ostensa, in quodam milite Suetico; qui cum Imaginem eius sacrilego ausu despoliare vellet, repentè ex altari detectus corruit, & elisus in terra, scelestam animam eiecit.

RVrsus recisas Monstra redintegrant
Phlegræa laruas? quis nimio furit
Ausu? superponitq; vasto,
Pelion Alcyonæus Ossæ?
Quis execrandas Porphyrion manus
Intentat astris? & sociâ trahit,
Rhæcumq; Pallantemq; pugnâ,
Herculeo feriendus arcu?
An sulphuratis Æthna Typhoeum
Soluit cauernis? & nimium amplius
Pachynus, & comes Pelorus,
Iam nequeunt cohibere pastum?
Vexant Tonantis, centimani, thronum
Nomas & Othos. tollit in Vnicam
CÆLI COLVMNAM, præliares
Enceladus violator vngues.
Semperne pugnax terrigênum furor
Diuos lacesset? Non mouet Eurytus?
Non præbet in corpus recepto
Sæua Thoon documenta telo?
Sed si proteruam, non valuit Iouis

Frenare

Frenare pugnam dextera. iam sciat
Maiore, bellantis MARIÆ
Vim stolidam cohibere freno,
Quas, fabulosi pectine barbiti,
Clades, biuertex collis, & incolæ
Parnassi, adinuenêre Musæ,
Ac cupidos docuêre vates;
Hos iam Polono, candida veritas,
Inscripsit Hæmo. Non Capaneium,
Thebæ colubrorum Propago,
(Terribilem Ioue dante scenam,)
Vidêre casum. sed didicit nouo,
Rumpentis æquum progenies Goti,
Funesta lapsu; & in nefandum
Hæresis exstimulata lucrum.
Herile Mauors Palladivm, nouis
Tutatur armis. Sacrilego ingerit
Prometheoq; Syphoq;,
Consimiles laniena pœnas.
Intaminatam vix tetigit Mias
Nefastus Aram; cum Tityi luit,
Salmoneiq;, fulminatum
Numine præcipitante crimen.
Periculosis, alta cacuminum,
Semper premuntur culmina nisibus.
Profundiores, altitudo
Magna nimis, cadit in ruinas.
Prudens modesto, paruula præterit,
Arbusta Caurus Sarmata turbine.
Non frangit ornum, quæ propinquas,
Crescit adhuc, prope Matris vlnas.

Vallis, trifulci ſpicula fulminis
Ignorat. horrent Acroceraunia.
Et Maurus Atlas, celſiori
Qui nimius petit aſtra collo.
Jd ſi proteruus terrigenûm tumor,
Et tot nequiuit diſcere caſibus
En hoc, Magiſtra Raua, Sueco,
Dictat idem, ſtupefacta caſu.

ODE IV.

BEata VIRGO IASLENSIS. a trecentorum annorum ſerie, miraculis inſignis. Eius Imago, cum Beciam (Ciuitas hæc eſt ſubmontana) ob ingruentia pericula, ſix deportata fuiſſet; Tranſiluanorum & Vkrainenſium quatuor millia, ad occupandam Ciuitatem miſſa, Diuinitus territa, ne tentatâ quidem obſidione receſſerunt. Commendat ei autor quandam benefactricem, mortem Mariti defuncti ibidem deplorantem.

ET tu frementis, Diua etiam, fugis
Nefas duelli? quam toties Phalanx
Turbata Ditis, & fugatis,
Mors timuit retroacta morbis?
TVRRIS DAVIDIS, TVRRIS EBVRNEA
STRVCTVRA FORMÆ; baiula ſiderum
Vincens Atlantis colla, parui
Depoſitum petis antra muri?
ARCEM SIONIS nubibus æmulam,

Nanis

Nanis recondit Becia turribus?
Jngensq; montium, minores
Mons Libani latet inter vmbras?
At flexuosæ, non fugiens petit,
Jnuicta Virgo, mænia Beciæ;
Sed intrat optatum, pauenti
Auxilium, columenq; ciui.
Qualis nociuo vipera sibilo,
Angerue peior dipsade, vel natrix,
Vomensq; virulenta pestem,
E duplici Amphibisena collo;
Si matre paruis perniciem struant
Absente nidis; protinus aduolat
Pennata mater, triste fatum
Pro teneris subitura natis.
Sic ad clientem, sic petimus veni
Patrona ciuem. Tvrris es æneis
Armata pinnis. bellicosis
Mille Ducum Clypeata peltis.
Hic nænioſæ, non humilem, Domûs
Solare luctum. quam gemino ferit
Fortuna telo. quæq; caro
Tristè gemit viduata Patre.
Vt fraudulento turtur ab aucupe,
Consorte rapto, personat auios
Clamore lucos, & sonoro
Tesqua mouet nemorosa questu:
Sic pulla, mæsto Coniugis, ad gemit
Coniunx sepulchro; proq; suo, tenet
Mæroris horrorem, Marito,
Parte suæ spoliata vitæ. Atra-

Atrata, Matri Filia flebiles
Miſcet querelas; & tenero lauant,
Heu! ad dolorem nata proles!
Exequias Patris imbre nati.
Medere MATER MAXIMA, maximis
Cum PROLE Matris luctibus. vt tuas
Cum prole mater, poſſit aras,
Supplicibus cumulare donis.

ODE V.

DE beneſica MARIÆ LASCENSIS protectione. Cui cum nobilitas Lancicienſis, Parochiæ verò Matynenſi, ſe ſuamq; incolumitatem in pugna Bereſtecenſi commendâſſet; incolumis nullo deſiderato, e prælio redijt. In huius beneficij obligatam memoriam, Aram VIRGINI collocauit.

NVnc ego non naſus fieri cũ vate Catullo:
Toto, ſed oculus eſſe vellem corpore.
Lumina centoculus, nunc ſi concederet, Ar-
Superbiẽtis multiplex decus alitis. (gus.
Et legerẽ. & rurſus quaſi nunquã lecta fuiſſet,
Oculos, MARIÆ in dona, centũ figerẽ.
Dona quibus durant ſeruatæ tempora lucis,
Auidæq; morti rapta multorum ſalus.
Gradiuus Thracũ graue & implacabile Nu-
Vt per Polonas helluo iuiſſet neces! (mẽ,
Ni refrenâſſes pharetratos VIRGO pauores.
Criſtasq; Roſſi cõtudiſſes Sparthaci Er-

Ergo bellantis post tot discrimina luctæ,
LANCICIANÆ prima terræ portio,
Polliciti exsoluit tibi VIRGO pignus honoris,
Aramq; ponit arrabonem gratiæ.
Quã non Praxitelis, Pariò de Monte, labores,
Aut Africanis excauârunt rupibus.
Nec Polycletæi cantata scientia cestri,
Myroniæue dedolauerunt manus.
Sed studiosa Tibi, casta, & sincera voluntas,
In obligatis figit altè mentibus.
Quid super impositò, moles geminata, colosso
Papinianis surgit in ventos metris?
Sæcula Phœnicis, nulli dant marmora, strictæ
Cessura volucris ipsa falci temporis.
Sub Ioue stet vastis turrita superbia pinnis,
Pinnas superbo tempus auellet Ioui.
Saxorum ætatem, pridem Iuuenalis, in arâ
Magni lienis, cum cachinnis immolat.
Et ridet stantes in cruribus Æmilianos,
Naresq; Galbæ, & triste fragmen aurium.
Atq; tui medium nasi Coruine sepulchrum,
A nesciente feriari tempore.
Ille, sibi quouis monumentum fortius ære,
Altoq; ponit Alpium altius situ,
Cuius amor memori cælauit munera cordi,
Labore quouis, celte quouis pulchrius.

ODE VI.

Singu-

Singulare erga Illustrissimam GENTEM DANILOVICIAM *pignus,* MARIA VIRGO, *quæ colitur ob plurima miracula, & beneficia,* VCHANIIS. *Eius præsidio, Arx Danilowiciana, inexpugnabilis manſit, contra Vkrainenſem & Moſchouiticam perfidiam.*

FRuſtra inſolentis Phlægra Boryſthenis,
Vchaniorvm vertere Pergama
Moliris, & confœderatas,
Aggeris ex Aquilone brumas.
Affulget arcis præſidio, rubris
Non lota ponti Cynthia balneis,
Deſerta cum ſupplet latentis
Succiduâ vice, iura Fratris.
Sed Lvna, Auito, belligeras tegit
Heroa turres lumine; noctium
Laruis, Danilowicianæ
Gloria non tenebrata famæ.
Pallore nunquam Lechia viderat,
Cretata pulchri cornua Sideris;
Seu Ottomanus, Moldauorum
Jncubuit pelagus Chotimo:
Seu Tauricanus nimbus inhorruit,
Per tuta nunquam rura Podoliæ;
Triſtesq; Materna Bootes
Brumæ acies glomerauit Arcto.
Quantum Gelonæ, deliquium tulit,
Hæc Lvna Lvnæ! Sanguine turbida
Nouit Propontis; nouit ingens
Danubius; Tanaisq; ripæ. Scit

Scit absq; tecto, per vacuas Getes
Sparsus nouales. cum per inhospitos,
Pauore lymphatus, NAHAIÆ
Desereret vaga plaustra campos.
Et tu rebelli, quæ Patriam feris,
Periura cornu Russia, senseras
Fatale Fortis lumen ASTRI,
Sæpe Tui lachrymare Nepti
Coacta clades: ac tibi noxium,
Fracto impotentis iure licentiæ
Damnare fastum; & peruicaci
Spe, tumidas cohibere ripas.
Scit Pontus audax; & Rhodopeijs
Heu! fessa pridem sceptra sub Atreis!
Cognoscit Hebrus; nouit horrens
Caucasus; Æmoniæq; rupes.
Nec sola magnorum, excubias agit,
Fecunda Mater CYNTHIA luminum;
Borysthenæorumq; vanos,
Gnara canum cohibere rictus.
Sudâ repexis nocte Trionibus,
Puràq; solis lampade purior,
LVX INCREATÆ plena Lucis,
Purpureos cui luna subdit
Calcata crines, impauidos facit
REGINA muros. ipsa volaticos
Jgnes remolitur. nitrosum
Arce procul fugat, ipsa nimbum.
Jpsa & libratis, dissipat hostium
Globos cateijs. & regit alitis

Plum-

Plumbi procellas. ipsa trudit
Dēsam Equitū Peditūq; nubem.
Absiste cæptis Moscua, filia
Frigentis VRSÆ. quo ruis irrito
Cosace conatu? recede
Prædo Lechis onerate prædis.
Illisne Mauors prævalet arcibus?
Illæne turres ariēte corruent?
Quæ Tantam habere Contribulem,
Et validam meruēre Ciuem?

ODE VII.

Diua VIRGO BOGVSSICENSIS, imperii in Orci incolas eorumq; expulsiones celeberrima. Cuius ope Illustrissimus Dominus Stephanus Czarniecki, excursiones Transiluanicas, e primo militiæ robore collectas, partim cecidit; partim fugauit.

IO! Polonos continuat Lecha
Princeps triumphos! Voluitur Attilæ
Furentis, in tabo Propago
Attonitæ super arua Rauæ.
Impune nullum, nullum iterum canam
Nefas abibit. cæca velut nigras
Nox gignit vmbras; sic sceleſtam
Pæna premit comitata culpam.
Iam quas sitisti, Rossiacis, Scinis
Egresse terras finibus, occupa.
Continge. posside. his natantes
Morte oculos, animosq; pasce. Sic

Sicne in remotis, quærere dulcius
Sepulchra terris? & patrio procul
A sole, non sui voranda
Alitibus dare membra cæli?
Jacent aperto sub Joue segreges
Artus, & ipsas sub sanie necant
Telluris herbas; ipsa marcet
A nimio putris aura pure.
Fumant tepentûm strata cadauerum,
Nouasq; Cannas pandit, & instruit
Latè Thyestæas, Dynastæ
Pannonico, Lybitina cænas.
Vincit Polonæ dextera DEBBORÆ.
Postq; interemptam Forgelij manum,
Victorioso cum Ruthenis
Moldauicos metit ense truncos
Vince. & triumpha. Præsidium Rei
VIRGO Polonæ. Tanta, mapalibus
Contenta tantillis. pusilli
Attegijs generosa ruris.
Tuos triumphos, gloria posthumo
Canet nepoti; dum vitreo vagus
Errore ludet, & lauabit
Contiguas sibi Raua ripas.
Hos seculorum Diua, Corinthio
Sculpet metallo, nota canentium
Trophæa, & externos refundens
In calamos, operasq; vatum.
Damnosa nil his imminuet dies
Torrentis æui, nec caries feret

Hinc triſte fragmen, præliantûm
Fortibus inuidioſa geſtis.
Quin ipſe arator, dum patrias colet
Ligone glebas; vel ſuper arida,
Laborioſos, iam quietâ
Pace fruens, trahet oſſa ſulcos.
Vel ruſticanis, miſſilia eruens
Hinc, inde raſtris; ſe ſub humo putres,
Stupebit effodiſſe peltas,
Aut viduas ſine crine caluas.
Conuertet ad Te cum prece ſupplices
MARIA vultus: atq; pia ſecans
Morâ labores, complicatis
Aſpiciet tua templa palmis.
Dicetq; Salue Sarmatici fauor
Amorq; mundi. Te ſtat adhuc Lecha
Juuante proles: Vkrainæ
Vipereo laniata morſu.

ODE VIII.

Triumphalis applauſus Victorioſæ VIRGINI BILSCENSI. cum poſt fortunatam e Chowanſcio, Duce Moſchorum, Victoriam, ductu eius relatam, Vexilla hoſti erepta, ſub Reginalibus eius pedibus ſternerentur.

POſt truci raptũ Phlegetonte CHMELVM;
Poſt Tyrannorum geminas cupreſſos;
Quarta procumbit, tibi DIVA, cæſus
Victima Moſchus. Mil-

Millies lætum tonet Jol cælum.
Millies felix sonet Jol tellus.
Millies victrix canat Jol grandi
Lechia voce.
Virgine ad iustum præeunte Martem,
Sic in Arctoi pecudes Bootæ.
Jnde Lithuanus; Lechus hinc; librată
Fulminat hastâ:
Vt per Ægeum glomerante brumas,
Et procellosas furiante mentes
Æolo, duplex ruit inquieto
Fulmen ab axe.
Ocior pennis volitantis Euri.
Ocior pulsis Scythiæ sagittis.
Littaui & Lechi, fuge Martiales,
Mosche furores.
Jam salus læsæ patriæ, prælto
Vrget Heroes stimulo, & seuerè
Ardet incoctum generosiore
Pectus honesto.
Ocior tensas fugiente casses,
Et sibi infestis propè iam molossis,
Territo ceruo, fuge Mosche verso--
--Hastilia tergo.
Jam palam pugnam tibi militare
Nuntiat cornu. simul & futuras,
Post grauem belli pluuiam, renarrat
Murmure Daphnes.
Ocior siccam populante Seiam,
Martis e campo, fuge Mosche flammâ.

Vince iam nunquam reditura truſo
Flumina raptu.
Jam profanatæ Pietatis Aræ,
Cominus ſtricto ſua iura ferro
Vindicant, fuſus, refluo vt pietur
Sanguine ſanguis.
Siſte. velocem preme Moſche curſum.
Jam patet certæ fuga nulla morti.
Jam pauor leti, propè ſubſequentes
Concutit alas.
Jam tuo latos, Lybitina campos,
Proluit tabo. geritur Gradiuus
Jam tibi tantum iugulo. Polonis
Arma miniſtrat.
Hinc, & hinc, denſâ ſtrue ſurgit agger.
Hinc, & hinc magni ſuper arua grumi,
Corporum creſcunt. pigra per cruentos,
Plauſtra Bootes
Pallidus riuos trahit; & ſuorum
Jngemens primum perijſſe florem,
Vix tuis tantum licuiſſe credit
Lechia ſignis.
Ergo ſolennis, ſimul hinc Polono;
Jnde Lithuano, ſonet ore Pæan;
Et tuis VIRGO iaciat terenda
Calcibus arma.
Rapta regali preme ſigna ſocco.
Et ſimul votis, preme deſtitutam
Moſcuæ fraudem. ſuper arrogantem
Scande tumorem.

Sic

Sic foue Lecham Litauamq; semper
Spes Lechi, VIRGO, Litauiq;, Prolem.
Sic ab Arctoo refer expetitas
Limite laurus.

ODE IX.

AUthoris Enthusiasmus, quod nullum adhuc de victoria habens indicium, in concione tamen pro festo Jnuisentis Elizabetham, VIRGINIS eam futuram ope Diuinæ Parentis prædixerat.

LEgem imprimentis pagina Numinis,
Nostræ exarauit mentis in abdito,
Quòd cauta, cognoscit futuros,
E vigili velut arce casus.
Nec sola tantum damna, latentium,
Quamuis remoto dissita limite,
Præsaga rimatur malorum;
Sæpè sibi est melioris horæ,
Luciscq; Manto. Solane nantium,
Hæc est per æthram conditiò alitum,
Præscire quod possint madentes,
Euronoti Boreæue pennas?
Et lætiores discere candidi,
Post inquietæ bella veniliæ,
Vices Phanetæ, & proditore
Pandere non referata cantu,
Arcana cæli? Terricolas sua
Semper latebunt fata? nec vnica

Saltem patebit rima, clauſum
Ad variæ penetrale Diuæ?
En quanta vati gloria, VIRGINIS
Narrâſſe palmam, fædifrago tulit
Quam nuper e Moſcho, & futuros
Vocibus anteijſſe voces.
Nullus patratæ rumor adhuc erat
Felicitatis. certa tamen ſpei,
Jn mente bulliens voluptas,
Non vacuum, properantis omen,
Dabat trophæi. Nempè recondito,
Sua ipſa Mantem prælia dogmate,
Docebat, & Magiſtra fidas
Jpſa ſibi referabat aures.
Ducis vocetur Troiugenæ Maro
Encomiaſtes. fiat Horatius
Octauiano; Claudianus
Belligero Stilicone felix.
Me ſæpè talem, ſi facies mea
O Vita vatem. non ego, iam tutum
Parnaſſe verticem; ſed ipſa
Non humili feriam aſtra fronte.

ODE X.

TRIVMPHATRICIS MARIÆ in ſua Imagine CHelmnenſi (quam Rex Sereniſſimus Ioannes Caſimirus in caſtris Bereſtecenſibus habuit,) de Scythis & rebelli Vkraina Victorioſa laurus.

Deco-

DEcora pulchræ Filia gloriæ,
Nurusq; honoris, Fama. laboribus
Jgnara frangi. gnara pennis
Nubigenam super ire Pindum.
Conscende rhedam. purpureis Notos
Astringe loris. præpedientium
Rixas procellarum, & coruſci
Tende vices per vtrasq; Phæbi.
Tecum secundis non sine plausibus,
Facundus oris Rumor, eburneum
Conscendat essedum, & curules
Sub pedibus tibi iungat horas.
Jgratulanti VIRGINIS occine
Trophæa mundo. Quæ fuga Taurici
Anhela regis, & perempti
Cæde, greges peperêre KRIMI.
Jper niualis frigora Parrhasis.
Canasq; pulchris per glacies notis,
Cæla corymbos, qui rebellis
Jnteritu viruêre Russi.
Jbelluosæ regna per Africæ,
Evince curru Marmaricis pigras
Terras arenis, ac perustum
A stolido Phaetonte vulgus.
Siticulosis hic lege marmora
Coæua campis. scinde gementium
Fragmenta rupium, & peracti
Ferre doce decora ampla belli.
Jncide Cæsæ fragmina Tauricæ,
Et fracta Thessæ cornua Cynthiæ.

Jnſcribe, quod marcent per herbas
Sanguineis noua ſtagna riuis.
Et quod Lechæo, ſparſa iacent nigræ,
Sub ſole, paſſim fruſtra Propontidis.
Et trunca mixtim decolore
Membra natant ſuper arua tabo.
Diſcat Polonæ prælia PRINCIPIS,
Et qui euagantis celat origines
Caputq; Nili. & quem feraci
Flaua Tagi beat vna fiſco.
Diſcat niuoſis Armeniæ Tygris
Cunas reponens montibus. & vago
Errore Araxes. quiq; magnos
E Rhodope trahit Hebrus ortus.
Sciat remotæ cultor Jberiæ,
Et qui rotatos Danubij bibit
Sititor amnes. quemq; laxis
Ambit Arar Rhodanusq; ripis.
Hoc irrepexo crine Trauancoris.
Et par Ophyro Sofala. & Æthyops.
Socotoræq;, Cafaresq;
Et Malabar, ſterilesq; Paræ,
Diſcantq;, ſueti Braſilij, ſenum
Dirè helluari canicie Patrum.
Ac dapſiles immanè cæſis
Hoſpitibus cumulare lances.
Quoſcunq; clari circuit orbita
Titanis orbes, Sauromatas ſciant,
Trophæa, prouentu MARIÆ
E Geticis retuliſſe laruis.

Alta

Alta ambientem sidereus PATER
Premit tumorem. qui Capaneus, suos
Vult pro Dijs coli lacertos,
Et stolidus Iouis esse sanguis.
Non pœnitendam claude Coronidem
Mars, quem patrono Lechiadûm regit
REGINA ductu. Vota tanto
Nil metuant stabilita fulcro.

PARS IX.

DIVA ZAGORENSIS, SEV PEREGRINATIO AVTHORIS

Quam Bouerat pro afflicto Poloniæ statu & pro sua e Transiluanico ferro eliberatione, descripta per Varias recreationes, quæ in itinere ad Miraculosam hanc Imaginem contigerunt.

RECREATIO I.

Ex amœno Solis ortu.

IAm sol vigili natus mundo
Infantis adhuc luce diei,
Pingit montes, tingit campos,
Et nocturno roscida rore
Nitidis animat radijs prata.

Ad Con-

Ad Conſpectum Cynthia fratris,
Rider pleno lætior auro.
Linquit lenes volucris ſomnos,
Et pacifici natio ruris,
Sua dumetis ſomnia narrat,
Ac genethliacum carmen nato,
Tenero promit gutture Phæbo.
Inflata rudi Syrinx vento,
Tædia mollit paſtoritia,
Raucoq; ferit murmure ſilvas.
Inter corylos fuſus, Jolam
Junctâ cerâ provocat Ægon,
Et cum Mopſo Lycidam Damon.
Dum lata greges paſcua tondent,
Cumq; comeſis prati exequijs,
Potant vdi lachrymas venti.
Cur non hilari comites cæpto
Quod ſancitum eſt intramus iter?
Nondum nimio cum tepida dies,
Feruore pigras figit arenas,
Sed adhuc humili tramite, parcit
Matutinæ temperiei.
Jam Virgineas pulcher radijs,
Titan oculis retegit dotes.
Hæc recluſi eſt JANUA cæli,
Per quam tenebris contumulatas,
Sol Juſtitiæ rehumat terras.
Hæc Pathmiaci ſcena theatri,
Quam Zebedæi Natus, ab alta
Oculo vidit virgine Pathmo.

Dum

Dum ſubſidio nudus ab omni,
Solis pollens vixerat opibus,
Quas innocuum tegit arcanum.
Quo tunc diam corde volupiam,
Vacuus culpis hauſerat exul!
Cum Marianos vndiq; Phæbi
Cyclade cinctos corneret humeros,
Miro paſcens lumina viſo!
O attoniti lampas mundi!
O mihi talem ſemper dixit
Lucis genitor profer geneſim!
Seu cum roſeas linquens cunas,
Lenes terris diuidis horas;
Seu cum radijs iam vir adultis,
Mediâ cæli ſtans in libra,
Rerum modicas contrahis vmbras;
Seu cum tandem membra diurno
Laſſata ferens ſenio, rhedam
Tarteſſiacam ſoluis ad Abylen.
Hæc ſtellati gloria campi,
Hæreſis olim tetros lemures,
Et nunc Goticas pepulit noctes,
Cum ſubſidio, diſpereuntem
Juuit Lechiæ VIRGO Salutem.
Tu ſiderei REGINA globi,
Tu Lechiacæ vindex PACIS,
In pace iubes, crebrum vitæ
Quod ſecurus poſt naufragium,
Nunc tua repeto limina vates.

RECRE-

RECREATIO II.

Ex aspectu pratorum & florum.

Cur preciosa coemam sumptu,
E peregrinis flores hortis?
Si sine podio comptos Zephyri
Spectare licet gratis circos?
Quid Samiorum quæram villas?
Aut herbiferi ripas Cydni?
Quid suspirem gramina Cilicum? &
Hispane tuas Turia rupes?
Si Paphia domi rident rura.
Nullus amænam Florum patriam,
Colit artifici cultor amore.
Non includunt nexa venustam
E sambuco mænia Floram.
Non sub Domino Prætor sceptro,
Cogit virides viuere Ciues;
Tamen in verna stat statione,
Florida nati gratia cæli.
Cultu proprio se vestit ager,
Et Cæligenis obycit astris,
Terrigenarum sidera florum.
Solus Sobolem Tu Faune Pater,
Curas Mater tu sola Pales.
O qui castæ mentis amator,
Inter florum pascere gentes!
Vt tua nullo dextra labore,
Tot decorauit prata catagraphis!
Quisquamne suos sic limauit,

Censo-

Censore stylo scriptor libros?
Quisquamne suum sic expressit
Opus ad normam, pictor Zeuxis?
Quis sic cultum Persa tapetem?
Quis Phryx talem neuit Cycladem?
Vt tu rerum Genitor, miro
Nudam vestis syrmate terram.
Quot blanditias! quot delitias!
Legit e casto natura satu!
Vt Junonis vernat vbiq;
Per Balianam volucris Cyprum!
Et millenos explicat oculos!
Vt versicolor Nilus inundat,
Gramen alentem per planitiem!
En quæ Floræ panditur acies!
Hic Carpathias candore niues;
Jlle Caystri vincit olorem;
Pudor hunc viuo murice tinxit;
Mulciber illum, de Lemniaco
Ante quadrantem protulit igne.
Jsti pluuiæ pauo nubis,
Indidit Iris mille colores.
Jlli casti stemma pudoris,
Nitidum gemmæ properant precium.
Hic galbineos inter fratres,
Stat trabeato consul in ostro.
Hic cum sudi Syrmate cæli,
Aurata simul sidera fingit;
Jlli fuscas pingit rubea,
Et nigra simul purpura malas.

Hic

Hic variatam Protheus alter,
Polypus alter, mutat faciem;
Ac in paruo corporis orbe,
Omnia Zeuxis pigmenta refert;
Albetq; simul; flauetq; simul;
Ruber igneſcit; mæret opacus;
Viret ad medium; mediâ veſtrum
Gerit in facie violæ cyanum.
Prati medium per Præneſte,
Virgine plaudit riuus choreâ,
Cui Blanduſiæ cedit vitrum,
Et nemoroſæ ſitis Albuneæ.
Hoc non potior, nouies doctas
Quæ Callihroe cingit Athenas.
Quæq; canoras reddit voces,
Scindens Afram Zame glebam.
At quam pubem Zephyri concors
Pars ſociali fœdere ſtringit!
Stat quisq; ſua ſorte beatus.
Nec nobilitas alta, minorem,
Tumido ſpernit faſtu plebem!
Hem natiuis vt calathiſcis,
Oculos paſcens halat amellus!
Creſcente ſimul cum batrachio.
Cum viminibus iunci, ſocio
Nexu iunctæ ſtant ſaliuncæ.
Cum Serpillis quercula creſcit,
Cum flore, thymbra bibaci
Potat eundem gutture riuum.
Non procul vluis Verbena ſuam

Sed

Sed ſine rixa ponit ſedem.
Non quod celſâ nitet hic Cydari,
Jdeo viles deſpicit herbas,
Mandatq; ſuo cedere lateri.
Hanc Symmetriam ſi concordes
CAROLE legeres inter flores,
Nunquam Lechici dira cupido,
Te cruciaret fomite ſceptri.
Creſce Parentis Floræ ſoboles.
Viuite letum flores Maium.
Ego de veſtris cupidus tribubus,
Jn Marianas euolo laudes.
Te Virgo meæ flores menti,
Panduntq; tuæ Symbola mentis.
Qui bis tincto tegitur cocco,
Legit e caſta fronte pudorem.
Qui Riphæis certat niuibus,
Typus eſt puræ Virginitatis.
Qui ſideream luteus ochram,
Jn cæruleis pingit folijs,
Hic tua narrat dilecta Parens,
Cum Verbigena ſuauia Nato.
Jam qui puro nitet electro,
Erga Numen ſe referantis,
Jn te pretium pandit amoris.
Qui mentitur ſe mirantem
Jn purpureo Cræſum ſolio,
Te iam verè Solymæorum,
Nitidam monſtrat Sobolem Regum.
At quam tumidum caput attollit,

Per

Per compositum May trichilum,
E geniali pubes lecto!
Quod præcipuos Floræ titulos,
Jn Regali nomine præfers!
Et nunc gaudes Jerichuntinos,
Appellari ROSA per campos;
Nunc per castum casta cubile,
Recreas Regem NARDVS odore.
Nunc alba suam per CONVALLES
Tibi deriuant LILIA vocem.
Negligo vanos campi ludos
Dum Te fixâ cogito mente.
Diligo viridis gnatas prati,
Quod tibi sumis nomen ab illis.
Digna vocari nomine prati,
Jn quo pulchrum se DEVS ipse
Inter flores posuit florem.

RECREATIO III.

Ex aspectu fluuiorum torrentium & riuorum.

QUos per gelidos nuper menses,
Tenuit rigidis bruma catenis,
Ex Vngaricis Alpibus orti,
Vt cum sonitu, carpunt curuas,
Amnes vitreo morsu ripas!
Fluctuq; vago saxa flagellant!
Et percussæ verbere cautes,
Tollunt surdam murmur ad æthram.
Hic cum fremitu Steznica ruit

Baljano-

Balianorum flumen agrorum,
Fines famulâ lambens linguâ.
Hic maiores promouet auctus
O slawa celer, per finitimos
Tollens gemitu iurgia campos.
Jam quam varo Sanus flexu,
Obluctantes radit scopulos!
Et post Goticas victor clades,
Fert Vistuleis gaudia ripis!
Associati currite riui.
Sed cum salso iam propiore
Dicetis aue murmure Patri.
Vestræ pugnæ prælia, vestras
Discant liquidi fratres lauros.
Norit Rhodanus, Sequana norit,
Et Cornigeri flumen Rheni.
Ad Christiparæ iussa Parentis,
Lechiam Pharias spectasse vices,
Dum Sueca pares tumuli leges,
Experta manus, cum Pharaonis
Ausibus, aqueo perijt Marte.
Sed nobilius celer assurgit
Ad conspectos animus fontes,
Et luctantes vrget Musas
Jn virgineos ire decores.
Vt quot quot humum cingunt fluuij
Progenitorem repetunt pontum;
Sic cum totis Gratia donis,
Tota ditat Te congerie,
Matre prioris Mater Sobolis.

Quid-

Quidquid nunquam contracta manus,
Numinis Almi, fudit in alios,
In Te largè defluit omni
Nostri specimen generis fluxu.
Sed nec tenuis nomina lymphæ,
Mare donorum spernit Nomen.
Dici VIVÆ PVTEVS VENÆ,
Et tam modico titulo, simile
Se PISCINÆ VULT HESEBONIS.
Illi paruum dant agnomen,
Qui de Libani viscere montis,
Et muscosis promptè tophis,
Riui celeri nant Labyrintho,
Et vicinos, per Salomonis,
Se Duce Maio, fundunt hortos.
Hic est FLVVIVS, fortunatam
Qui lætificat NVMINIS VRBEM.
Et ne pateant hostibus, alto
Vallo muros cingit ahenos.
O immenso maior pelago!
Haurire tuos VIRGO latices,
Permitte tuum de Te vatem.

RECREATIO IV.

Ex Montium aspectu.

QUi per Lechicum tam grande Jouem,
Monstrant astris culmen Olympi!
Qui se miscent nubibus Hæmi!
Iam non fictâ mole gygantum,
Premit ingentem Pelion Ossam.

Iam

Jam non vnus trahit aſpectum,
Ad ſe cæli portitor Atlas.
Jam non vnus rogus Alcidæ,
Cauri furias deſpicit Oêta.
Hancne Poloni vicit Calpen,
Par Alcidæ militis ardor?
Cum vaſtatæ vindex Patriæ,
Ferro rueret fulguris inſtar,
Jn Moldauici meſſes iuguli.
Quid mihi domitas iactat aceto,
Olim Ductor Punicus Alpes?
Annibal ornat potior Lecha
Pugnax Lubomirſcius arma.
Nil ita celſum poſuit Mater,
In difficili natura ſitu,
Quo non victrix penetret virtus.
Et generoſus pectoris ignis.
Vix ſuperandi Lecho fuerant,
Jn Montanos, obices populos,
Jgnara tamen vinci virtus,
Quod ſe nullis poſſe domari,
Spe mendaci credidit armis,
Summa petenti fregit luctâ.
Virtus ſolis ſoror & Lunæ,
Humilem neſcit per planitiem,
Aut decliues ſerpere valles.
Petit immanes Acrocorinthos.
Non Riphæos horret ſcopulos.
Non in amænam Scythiæ Rhodopem.
Non Erymanthi iuga formidat.

Libe-

Libera Mauros calcat Atlantes.
Jt Cappadoces ſuper Argeos.
Et Pamphilios ſuper Apendos.
Et Latiales Apenninos.
It Lucanos ſuper Alburnos.
Labor eſt illi cibus Albidij.
Et Lagæa cæna Cleopatræ.
Illi nudus ſomnus clypeus,
Bellicus illi balnea puluis.
Quis luctanti prohibet paſſu,
Has Naturæ ſcandere turres?
Et Marianas contemplari,
Velut e ſpeculâ longè dotes!
Tu portantis nubes apice,
Quæ ſumpſiſti nomen Libani!
E ſtellarum patria, noſtras
Ne lachrymarum deſpice valles.
Faciles Genitrix Numinis, aures
Seruo vatis porrige plectro.
Te genialis decus Amani
Vox ſiderei dixit Sponſi.
Dum ſpecioſam pulcher amicus,
Ad ſe precibus traxit amicam.
Non ita plaudit ſibi Carmelus.
Quod finitimis propior ſtellis,
Jnter fratres regnat colles,
Atq; ſorores numerat magnus
In famulitio valles Dominus;
Quam quod amænum dat tibi titulum,
Et Carmeli nomine dici

Audit

Audit tantam famulus Dominam.
Tibi quæ nulli flectunt venti,
Vltrò flectit colla Sanirus.
Tu pro placito castâ Sancti
Plantâ calcas terga Sionis.
Te Sanctorum NATVS in altis,
Fundat validam MONTIBVS Vrbem.
Quam posthabitis incolat astris.
Iam florigeri tunc tua Virgo
Inflexerunt lumina cliui,
Cum peregrino placuit ritu,
Consanguineæ limen Elisæ,
Per Iudæas visere Petras.
O qui sensus tunc Solymæis,
Te spectatâ, fuerat campis!
Cum plena DEO viscera VERBO,
Incuruatis colerent genibus.
Et sub castas iacerent plantas,
Larga pudicæ semina Floræ.
Quam tunc totum, Rosa fiebat
Virgine quidquid pede calcasti!
Sed nec modicum das documentum,
Quod montosi sint tibi cordi,
Præcelsa nimis Genitrix apices;
Zagorensem cum Sarmaticas
Ponis ad Alpes incola sedem.

RECREATIO V.

EX ARBORIBVS

AT non nudâ liquidum caluâ,
Superi findunt aera montes. En ar-

En arboreis, ſine cultura,
Stat Cæſaries intonſa comis.
Nec ferre valent tot ſiluarum
Prædelaſſo pondera gibbo.
Increpat abies murmure cælum,
Quod vexantem fert Æoliam.
Tollit in altum brachia pinus.
Sed quis credet? Socijs vmbrâ
Quam iaculatur nocet arboribus.
Hanc poſt victi ſpolium Xanthi,
Anchiſiades ſi reperiſſet,
Quæſiturus patriam, Latium
Erro ad Tiberim, deſpexiſſet
Facilem curuis nauibus Idam.
Hanc legiſſet nauita Typhis,
Ad Iaſoniæ ſuppara puppis,
Cum Phryxæo ſpoliaturus
Tenderet Heros vellere Colchos.
En hoſpitij requiem laſſis
Platanus plaudis præbet folijs!
Quæ Perſepolis digna fuiſſet
Sponſa Tyranno, Ciuis tumidis
Si Perſepolis ſtaret in hortis.
Quercus primæ penus ætatis,
Validâ ſurgit luctâ, contra
Subſolani flabra palæſtæ.
Quam Romulidûm Conditor, olim
Priſci Latij natale ſolum,
Si ſibi geneſis blanda dediſſet,
Hoſti raptis cinctam ſpolijs,

Fumans belli puluere, latos
Imposuisset victor in humeros,
Felix omen tot spoliorum,
Quæ de magnis Regina valens,
Raptura fuit Roma Tyrannis.
Quam concordi se connubio
Tam propè nectunt alnus & ilex!
Qam spatiosum tiliæ rami
Possederunt Domini fundum!
Hic petulantum, nocte fauente,
Ducit choreas grex Satyrorum.
Et nunc capripes forsan ibidem,
Turpia mulcet cornua Faunus,
Quodq; per herbam temerè fusi,
Lene volantes auras bibimus,
Naso nos suspendit adunco.
Hic post acti bella duelli,
Positis alis oscitat Eurus.
Hic æstiui tempore Cancri,
Pan recubans refrigerat æstum.
Hic ipse suo cum solstitio,
Sese latebris Iunius abdit.
De tam mirâ placet Orchestra,
Quamuis podij desit lucar,
A sepositis longè terris,
Mihi præsentem sistere scenam.
Placet ex patrijs siluis, Solymæ
In peregrinas tendere siluas.
Vt MARIANÆ, Cedrus effigies
Integritatis, per iuga Libani,
Se propatulis fundit ramis!

Ipſoq; caput ſub Ioue condit!
Te mihi caſti ſponſus thalami,
Quod ſis placido Mater genio,
Sub ſpecioſa monſtrat oliuâ.
Tibi quòd fuerat via per duras,
Quondam patiens Virgo leges
Narrat abundè pulchra Cadano,
Sub ponderibus palma virore.
Iam quod miſeros protegis vmbrâ,
Signat largos quæ propè riuos,
Gratum platanus pandit trichilum.
Quod deliquium recreas terræ,
Nunc pretioſis inter odores,
Tibi deſudant balſama rimis;
Nunc funeribus condimentum
Nobile, fundunt Myrrhæ lacrymas.
Quæcunq; tibi commodat arbor,
Non plebeiæ titulum famæ.
Sis vmbra mihi. Sub Te noſtræ
O Summa ſpei Virgo quieſcam.

RECREATIO. VI.

Ex Segetibus.

POſt Faune tuas viridis ſcenas,
Poſt madida tuos Doris fontes,
Poſt Flora tuum comptula mundum,
Et florigeram tempeſtatem,
Jn Cereales iam Triptolemus
Trahit aſpectum fecundus opes,
Quæ ſub Domino Lybiæ Cancro

Nondum

Nondum curuam metuunt falcem,
Verum impubi iuuenes specie,
Messis in ipso limine viuunt,
Et soliciti spes agricolæ,
Tantum medio lactant fructu.
Attamen & sic specioſa placent,
Adolescenti semina culmo.
Hem. quam flictim se siuantes
Protrudit eques Maius spicas!
Hem quam crispo gurgite segetum,
Mentitur ager littora Thetydis!
Et nunc valles spirante Noto;
Nunc titubantes simulat fluctus.
Quod se vexet Zephyrus, Cereris
Jndignatur murmure soboles.
Sed prætumidas simul emendat
Hominum facili flexu mentes,
Vt vi norint cedere validæ.
Et si frangi luctâ nolint,
Discant humili flecti iugulo.
Nec Marianum frugifera Ceres,
Sibi colludens silet eclogium.
Hæc est inquit Virgo Perennem
Quæ tulit orbi, prouida Panem.
Hæc est tellus absq; tributo,
Presbyterali nobilis vsu.
Hanc permixto Lilia Vallo,
Cum triticeis vallant cumulis.
Hic solus Ager cui benedixit
Non contractâ Dominus palmâ.

RECREATIO. VII.

Ex Auium Concentu.

IAm satis oculi, se blanditijs
Pauêre suis. Nunc attonitas
Cantus volucrum surrigit aures.
Quæ plaudentes, per cæruleam
Musica campos recreat æthram?
Vt Sirenum pennatarum,
Nemus auritum salit ad cantum!
Hæc bucolicos recitat versus;
Plorat Phrygios illa dolores;
Est quæ fallas iactet Satyras;
Est quæ molles cantet amores,
Et fecundum coniuge nidum.
Hinc mille modis, Thracia Virgo,
Aptat teneras guttur ad odas;
Et nunc longo carmina tractu,
Per vicinas repetit valles;
Nunc conciso garrit plectro;
Jam singultat; iam lachrymoso
Torquet pectus querulum planctu;
Mox, festiuum, rursus ad hilares,
Melos attolit, blæsula psalmos.
Natura stupet prouida, modicæ
Quòd vocis ineſt tantum volucri.
Quòd conueniat guttur in vnum,
Quas Harmonie didicit voces;
Quos ipse modos callet Apollo.
Hinc camporum se Melpomene,

Tramite

Tramite recto tollit alauda,
Et festiuos circinat hymnos.
O artificis non postremum
Opus Authoris! dulcis volucrum
O Musa! tuo liceat gyro,
Vati, cupidum pascere visum.
Vt se liquidâ merfit in æthra,
Cum dulcisona voce choraules!
Et se solo prodit cantu,
Quas ferit oscen carmine partes.
Jcæruleum, celeri pennâ,
Felix ales, transcende Jouem.
Gemmea nisu tende sub astra,
Cantuq; meæ, mille salutes,
Ex exilio perfer Patriæ.
Sed præcipuos Orphei volucrum,
Jmpende DEI MATRI cantus,
Quæ Virginis immixta choris,
Quocunq; præit, per stellatos
Campos, AGNVM sequitur NATVM.
Hanc in vestro censet numero,
Vox innocuæ sancta COLVMBÆ.
Quam post gelidi regna Decembris,
A se sponsus plantatorum,
Jn delitias vocat hortorum.
O sponsa mei limes amoris!
Jam vox veris prodroma, nostris
Audita fuit Turturis hortis.
Ocius omnes abrumpe moras,
Ac Elysium scande serenum.

Vbi Mæcenas florum, cuncta
Tibi præsentat phasmata Zephyrus.
Vbi se nullum passa ligonem,
Aperit viuis terra asarotis,
Et spontè tumet Cereale nemus.
Vbi fidereis æmula pratis,
Florum viridi mente iuuentus,
Colet optatæ nutus Dominæ.
Nec sinè risu florens Argus,
Picturatis ludet in aruis.
Vbi per violas, ac hyacinthos,
Graditur vitri lympha trigoni,
Nec per stratas subtus arenas,
Sed per liquidum natat argentum.
Hic in teneras, mitia sponte
Munera, iaciet Pomona manus;
Hic maturi Coniunx Bacchi,
Lento innocuum, sole recoctos,
Vinea botros, feret in gremium,
Qui pampineas Lesbi mammas,
Et superabunt molle Tarenti,
Ac autumni nectar Rhodij.
Hic non sæuit Sirius arcu;
Aut maternâ Boreas Arcto;
Sed continui præstes veris,
Non nisi suaues inter odores,
Tepido Maius rore lauatur.
Hic Cypariſſis, hic ilicibus,
Crispisq; quies consita cedris,
Temperat altis astra galeris,

Viridiq;

Viridiq; vmbras fouet vmbone.
Hic decidui lacte fluenti,
Lambit amicam riuus platanum.
Quidquid mactæ gnaua volupiæ,
Vouit lauri secta Epicuri,
Totum nostris clauditur hortis.
Sed paruus olor, iam de placidis,
Clausit reduces nubibus odas,
Et in herboso cespite mutus,
Nil diuturnum præmonet esse ,
Alterna quies quod non refouet. ,

RECREATIO. VIII.

Ex leni auræ halitu & refrigerio.

ADes Æolij pignus sceptri,
Et lenimen dulce laborum,
Aura virentis filia veris,
Inter ventos placidum Numen,
Contra rapidos scutum soles,
Et sudantis spongia frontis.
Seu geniali, Coniunx Zephyri,
Te Zephyritis fouet in gremio,
Et formoso, lenè fluentem
Pollice, ludit per cæsariem,
Mitemq; docet flandi normam;
Seu Hesperidum perflans hortos,
Legis auratos arbore fetus;
Seu in Sicula recubans Æthna,
In perpetuæ ructu flammæ,
Virides florum retines animas,

Ne forſicibus faber informis,
Teneram rapiat prædam Steropes.
Seu per falſum Tetydis fundum,
Jnflas volucri ſuppara ſolle,
Et pontivagis nautis ignes
Socotorani mollis Phæbi.
Quicunq; locus, quicunq; torus,
Tenet optatis te delitijs,
Ne peregrinum deſpice votum.
Sed mellifluo cum famulatu,
Jn Balianas migra Capreas.
An te nudâ colimus fronte!
Vnde modeſto frigore ſpiras,
Jlluc laſſi vertimus ora.
Te ceu caram Matrem, querulo
Vndiq; volucres repetunt fletu,
Te ſuſpirant vertice ſiluæ,
Pandisq; rogant flores labijs.
Sed quid comites, tam ſolicitis
Quærimus auras pigras precibus?
Puluerulentis, ô Diuino
Cum temperies prodit topio.
Plena Beato Pnevmate Virgo,
Quæ Tænarijs febribus ægro,
Refrigerium prompſit mundo!
Non compagem ſic membrorum,
Elanguentes quam fouet animos.
Hæc eſt longas ver poſt hyemes.
Hæc poſt nimbos dulce ſerenum.
Hæc poſt æſtum roſcida nubes.

Hæc eſt

Hæc est tenuis fibilus auræ,
In quo vates flammeus olim,
Samaritanæ cum Thysiphones,
Fugit furias, meruit mitem
Cum Superorum Rege Synodiam.
Hæc Isacij nubes populi.
Quæ nebulosa mira colosso,
Dux promissum fuit in regnum.
Hæc & nostros prouida gressus,
Sibi dilectâ sistet in Æde.

RECREATIO IX.

Ex conspectu Sacræ Domus.

SED delitias hactenus omnes,
Vnum superat iam delitium,
E MARIANI facie Templi.
Vt geniali casta volupia
Permeat animum cum comitatu!
Nec se patitur carcere claudi.
Occlusa quibus stringitur intus,
Validâ rumpit vincla palæstrâ.
Non sic dubijs iactatus aquis,
Post decumanos maris insultus,
Canit in portu nauta celeusma;
Non ita visam, remeans exul,
Tædia longi post exilij,
Hilari patriam voce salutat:
Vt ego ritu diffluo ceræ,
Cum Virgineam specto Basilicam,
O mihi dulcis salue statio!

O terreni limina cæli!
O Cæsareis maior solijs!
Salue Magnæ Regia Dominæ.
O quam cuperem natura meo,
Vt tot linguas inderet ori;
Numerat tenues quot sol atomos;
Quot arenarum millia montes;
Quot spectaui versicolores,
Sub confuso Maio campos;
Quot spectati segetes agri;
Quot habent hirtæ crines siluæ.
Has in vestram, solueret omnes
Orator amor limina laudem.
Septem quondam se prodigijs,
Vetus attonitam senserat ætas.
MARIANA DOMVS, mihi millenis
Stat prodigium pro prodigijs.

RECREATIO X.

Ex aspectu Imaginis Miraculosæ, quæ est VIRGINIS *Annuntiatæ. Dithyrambus seu Hymen* VERBO INCARNATO.

PLaude cælum concolores,
Inter astrorum choreas,
Per nouem regna gyri,
Laureatis cincta vittis,
Pax triumphis ordinatas,
Millies ducat quadrigas, & reducat millies.
Nullus æquinoctiali,
Flans Apeliota buccâ,

Æmulos

Æmulos Cauros laceſſat;
Nulla nimbos multiformi,
Ominetur Iris arcu.
Totus oſcitante ſomno, ferietur Circius.
Plaude terra coccinatos,
E voluptatum cubili,
Læta tecum duc Apriles;
Prodigas amænitatum
Compta florum ſume veſtes,
Tota Maij delicatâ veſtiare Syntheſi.
Picta nullus radat arua,
Tonſor aruorum Nouember,
Nulla flores congelatis
Decoquat pruina canis.
Quiq; Sextilem perurit,
Hinc recedat immodeſto cum vapore Sirius.
Plaude Thetys per quietos
Nerei fines mariti.
Gannientes Scylla Lachnes,
Lælapesq; cum Melampis,
Harpalosq; cum Podargis,
Comprimatq; cum Lyciſcis, Pamphagos & A-
En Hymen cælebs per orbē, (sbolos.
Feriatum promit hymnum,
Dum ligatur coniugali
Cum DEO Natura vinclo,
Ac in Aulam Nuptialem,
Virginalis eliguntur caſta ventris viſcera.
Totus ardet in pudore,
Prodromus felicitatis,

Pronubusq; nuptiarum;
Nec minores haurit ignes,
E pudico MATRIS ore,
Quã marito PNEVMA Diũ Rorereplet Gratiæ.
Tota tellus entheatur,
Dum stupescit visa nunquam,
Fœderati dona cæli.
Gaudet in se liberali
Quod peregrinatione,
Omnis vltrò fausitatum commigrauit copia.
Tu DEI sperata VERBI.
Jam salubre nuntianti
Nuntio refunde verbum.
Quod supernæ Ciuitatis
Auris ambit; quod præoptant
Jma tellus, & gementũ clausa Patrum tædia.
Transeuntis voce verbi,
Permanente VIRGO VERBO
Plena fies, & redempti
LIBERATRIX MAGNA mundi,
Flentiumq; RESTITVTRIX,
Post ruinas restitutas Audieris siderum.

VOTVM I.

AD infirmorum salutem Diuam Zagorensem cum Filiolus Illustris ac Magnifici Domini Stephani Bal Succamerarij Sanocensis facto ad eam voto e letifero conualuisset morbo.

NE crede formæ, quem genialibus
Fecit Venustas sedula brachijs, Et

Et per genas decentiorem
Troe dedit Ganymede coccum.
Non Bactrianam sic celer exprimit
Tigris sagittam, quem niue Martius
Impleuit, ac Fauoniorum
Multo animæ pepulêre raptu.
Vt irretentis oris amor volat,
Fugitq; pennis, victima temporis
Præteruolantis, & minuti
Ludibrium spoliumq; puncti.
Vernans Aprili præuolat Armenum
Ætas Araxen; præcipiti fuga,
Heu horæ subsequens, sororem
Præteritam soror vrget horam.
O quam venustis delitiæ Patris,
Matris voluptas, floscule riseras
Formose Stanislae malis!
Quam niueæ rubicunda fronti,
Se collocabat purpura! qui color!
Quæ promicantum sidera luminum!
Natura quam pinxit decorum
In facie labijsq; succum!
Nunc tristis, omnes funditus vnico
Languor lepores sustulit halitu,
Et per medullas Sæuiente
Diripuit febris hostis igne.
Vbi ille puris par niuibus nitor?
Vbi rosarum per faciem cruor?
Hebescit haud impar Hyblæis
Lingua fauis; silet Atticano.

Vox

Vox mixta rori; quæ tenerum Patris
Cor molliebat ſuauius Orpheo;
Et par olori, delicatas
Detinuit Genitricis aures.
Mutantur atris gaudia lachryuis,
Dolore riſus. Nulla vocat Domûs
Mærore portio. tot vnum
Corda trahit moritura damnum.
Ergone nullus tanto Epidaurius
Galenus artes inueniet malo?
Et Tanta ſpes! Tantumq; votum!
In tenera rapietur herbâ?
O quam ſeueris legibus eximunt
Letes, beati iura ſenaculi!
O orphanorum Mater! vna
O miſero medicina mundo!
Tu Virgo certæ comprime nuntios
Mortis dolores. protege nobilem
Ne proteratur calce fati,
A proauis Atauisq; ſtirpem.
Si non inani Te Pueri Parens
Veſtiuit oſtro. Stet locuples tibi
Si vulgus æris, aut Liburnis
Gleba grauis micat e fodinis.
Si Te ſupellex largè Oromuſijs
Aduecta ripis vmbrat, & aduenis
Pactolus, aut fluens Enipeûs
In pretium variat ſmaragdis.
Jlloſne caſſos ſuppetijs lares
Regina linques? quos ſibi Gordio

Virtu-

Virtutis hæredes ligauit
Religio Pietasq; vinctu.
Quibus patritas tot decorum ferax
Lucina ceræ nectit origines,
Togâq;, fulgidosq; abollâ
Vix numerat Proaûum labores.
Creſcat Parenti, creſcat Auo nepos,
Quem laxa cælo dextera, cælico
Jnſcripſit annali. fauentûm
Hoſpitio accipiente Diuûm.
Audimur. alto labitur æthere
Vocata Mater. pellitur intimum
Morbi venenum, pallidamq;
Retro refert Lybitina peſtem.
Pelasga non ſic vulnera Telephi
Ferruminauit lancea; fortius
Nullæ cicatrices, repentè
Pæonio coière peſſo.
Vt ad medelam Virgineam redit
Vis reſtituto priſtina Corpori,
Colorq; priſtinus recreſcit
Puniceo rediuiuus oſtro.
Et iam nouellos non humilis Puer,
Appolinari primus in agmine,
Exercet annos; iam deſertos
Eloquij viret inter hortos.
Quibus Polonæ pectora Curiæ,
Et purpuratas mulceat arduus
Senator aures, empta ſeruans
Sanguinea ſacra iura merce.

Mox bellicosæ laudis, avarior
Mauors, Camænis; & calamo chalybs
Succedet; armatumq; Achillem
Magnanimæ referent medullæ.
Mox præliali, belligeri DEI,
Acer tonabit miles in area,
Septemtrioneisq; latè
Arma feret metuenda regnis.
Mox & probrosum sternere Strimona,
Depræliatrix gloria, vindice
Docebit hastâ, & per Gelona
Impauidum volitare tesqua.
Jam fraudis expers deierat Annibal,
Ju proditricis vulnera Russiæ,
Ardore toto; destinatq;
Inferias Patrui sepulchro.
Videre fortem iam videor mihi,
Bellantis ensem, versa rebellium
Per terga Zaporouiorum,
Funereas cumulare taxos.
Et sanguinantes reddere profluô
Cruore ripas. arua Borysthenis
Fædare; & ex fundo vetustas
Cladibus euacuare sedes.
Hæc nostra solo pro Puero vouet
Thalia voto. sed faciet potens
Regina facto. quamq; leto
Eripuit reget Alma prolem.

VOTVM

VOTVM. II.

Encomium Coronæ, quam lectissima femina, de Ostrow Sophia Balowa, Coniunx Illustris ac Magnifici Domini de Hoczew Bal Succamerarij Sanocensis, miserat per manus Authoris Virgineæ fronti imponendam.

ABscede Cræsi prodigialium
Fortuna rerum. cedite gemmeæ
Et Gangis, & Tagi procellæ,
Anteuenit Baliana vestras
Corona merces: Mitia Virginis,
Quæ cingit auro tempora, negligens
Sub sanctioribus cylindris
Æthyopumq; Arabumq; gemmas.
Quæ tam venustam, Te docuit manus
Artem in quieto Palladis otio,
Formare? longeq; eruditos
Artifici superare filo,
Deæ labores? seu tibi conditum
Sub PANE NVMEN spiritus incidit
Vestire, Diuorumq; sarta
Muneribus reparare tecta;
Lucrante cælum seu lubet indole,
Conchyliati tegmina muricis,
Aptare Mystarum tremendo
Officio, radiante circum
Auri metallo. sic dominis quidem,
Tu non profestas, viuis in abditis
Illustris Heroina lunas,
Et vigilies taciturnitatis San-

Sanctæ receſſus. ſed vigilant tuis,
Tecûm, beatæ pegmata porticus
Jntenta penſis, & nouenis
Scena means remeansq; xyſtis.
Non ſole toſtæ Peruuiæ balux ,
Nec miſſa Serum littore vellera, ,
Piſcariæue præda ripæ, ,
Fæmineos ita comit artus. ,
Non ſic decoris quæ cubat in genis ,
Ornat vetuſtas, aut Zephyri iocus, ,
Et ventilantis ludus auræ, ,
Per niueũ coma fluxa collũ. ,
Vt mens amici conſcia Numinis, ,
Et clauſa nunquam cælitibus manus. ,
Ac ſubleuata liberali ,
Pauperies aliena dote. ,

VOTVM. III.

PRO afflicta Polonia cum non tantum bello Suetico, ſed etiam Tranſiluanico premeretur.

VIRGO quam longo nemoroſus ambit
Montium flexu labor, & comato
Denſa Bieſchadi Dominam ſalutant
Culmina cliuo.
Quâ capillatus Scritofinnus horret,
Jnter immanes Aquilone Glaucos;
Et ſitu ſpectant propriore, caluas
Sidera cautes.
Hinc flagrat rurſus cineres ſepultæ,

Alter

Alter Antæus rehumare Phlegræ;
Ceu polis alter Briaræus infert
Arma Polonis.
Nec modus noſtræ ſtetit hic Charybdi;
Scylla nos plures trahit in Malæas
Altero fluctu refluente, fluctus
Alter inundat.
Vrget audaces malè peruicaci
Panno conatus ſtudio, propinquas
Jam tibi rupit voliator æqui,
Annibal Alpes.
Vt fame in Mauras ſtimulante caulas,
Cum cauum frendens leo linquit antrum;
Et gregis merſos trepidantis opplet
Sanguine rictus,
Pallidus longè pereuntis hæret
Rector armenti, tepidoſq; plorat
Mortibus campos, queruloq; pulſat
Æthera luctu.
Prædo palantes populatur inſtar
Fulminis turmas. iacet hinc acerbus
Vnguium raptus; ſcatet inde anhelus
Faucis hiatus.
Sic profanati rabie Gradiui
Pannonis ſæuit furor, & profundo
Perfidum ferrum Lechici ſaginat
Vulnere vulgi.
Heu quibus caſto præes ipſa ſceptro
Montibus! cæcas nemorum cauernas
Præſtruunt nobis, Columen tuorum
VIRGO clientum! O vacil-

O vacillantum Bona spes! sub alta
Nescium mergi Jubar Amphitrite!
Semiconulsam melior guberna
Prorea proram.
Ad tuam languens venit vnus aurem,
Et salutarem trahit vnus auram;
Sternimur cuncti. quid amica cunctis
Clauditur auris?

PARS X.

VOTIVA NOVEM MVSARVM LEGATIO.

Ad Imaginem B. MARIÆ VIRGINIS TULCENSIS. quam vouerat author, pestiferâ luctatus. expediuerat autem, postquam medente illa, quæ generis humani medicina est, ex eadem contagione conualuerat.

Redduntur lyrico metro ij cantus, qui à Polonica gente, canúntur in templis, partim communes toti Ecclesiæ; partim peculiares deuotioni Polonæ.

ODE I.

Calliope a bonitate vocis dicta, inuitat sodales ad cantum, & laudes Marianas.

SIcne, consueto, via non leuatur,
O meæ cantu Comites? voluptas Cre-

Credite est quædam, modulis canentem
Flectere linguam,
Nec miser tantum, canit inter ægras,
Jrus ærumnas; & amæna lætum
Mens amat carmen, resonasq; voce
Fingit alaudas.
Jam satis longo. satis heu! dolendo.
Peste Lechæam vitiante plebem,
Planxius planctu. iuuat innouato
Plaudere plausu.
Quem suæ, Proles toties frequentat
Lecha REGINÆ, tenerumq; Lechus
Jnstruit natum Pater. ac ab æuo
Tradit in æuum.
Prome certantes mea turba cantus.
Et Tuæ e fati rapientis ictu
Liberatrici, variante funde
Carmina lege.
Liberatricem resonent reflexi
Montium colles; viridesq; siluæ;
Perq; Tulcenses replicata valles,
Diuidat Echo.

ODE II.

POlyhymnia, a multitudine cantus, vel memoriæ, sic nuncupata, recenset eos hymnos quos Vrbanus VIII. Supremus Pontifex, nitidiore metro correxit. Et primò Hymnum Oglorioſa Virginum. non ſine debito encomio Tanti Pontificis.

Vrbane

VRbane cælis reddite. Romuli
Vrbane quondam delitium soli!
Per docta vates regna Cyrrhæ,
Pierio memorande versu.
Canora quamuis Sarbiuij lyra &
Joninianæ laus opulentiæ,
Te sustulerunt, erudito
Regna super, populosq́; plectro.
Tamen præaltum, subleuat altius,
Mens entheao propria spiritu;
Et gnara laudes per MARIÆ
Non humili chelys ire cantu.
Audire sanctos da Pater ingenî
Præcelse partus. erige barbiton.
Nec ex Olympi, fabulosis
Prome triplex diadema cliuis.
Quam glorioso mentibus influit
Vox prima metro! Quæ DOMINAM Poli
Fert GLORIOSAM, & eleuatam
Sidereos locat inter ignes.
Cuius Creator depositus sinu,
LACTENTE PARVVS pendet ab VBERE:
Suctuq́; castum lac adauget
Nectareos superante succos.
Quod lapsus Evvæ perdidit, integrat
Tandem, treceno non sine fænore,
Inter puerperas Puella,
Nil genito temerata partu.
Hæc Protoplasti progeniem Patris,
Vt aggrauato solueret e iugo,

REGI-

REGINA & Hæres, obſeratas
Cælituum reſerauit ædes.
Quin facta celſi eſt JANVA Principis,
Et PORTA LVCIS, pulchrior ignea
Solis curuli, cum fugatis
Victor ouat ſpecioſus vmbris.
O tot probati pignoribus DEI,
Gentes redemptæ ſanguine! dicite,
Per VIRGINEM, rurſus renatæ
Plauſu alacri data dona vitæ.

ODE III.

Hymnus Quem terra, pontus, ſidera, &c.

QUam verò grandis verbere pectinis,
Seſe erigentes ad reuerentiam
Componis aures! ac remulces
Magniloquâ nouitate pectus!
Quod cui nouenis, aurea circulis,
Vertigo cæli ſeruit, & inuium
Se ſternit æquor, ac heriles,
Subſequitur leuis aura paſſus;
Grauante, trinam qui ſine pondere
Suſtentat vno pollice machinam;
Jam nunc coarctatum puſillo
Occuluit caro ſancta puncto.
Cui mancipatos Cynthia deuehit
Nocturna cenſus; & properantium
Metator æ tatum, miniſtro
Sol oritur moriturq; curſu.
Hic ir recluſæ viſcere conditur

Clau-

Clausus PVELLÆ; Gratia transient,
Quod, terminantes dona metas,
Jn solito locupletat auctu.
BEATA MATER MVNERE Maximum,
Quæ conditarum, ventris in abdito,
Rerum Architectum, tam fideli
Obsequio fouet; vt pugillo
Qui portat orbem, permodico sciat
Jn orbe ferri; nec fine mensibus
Durare; cui determinatos
Nescierant dare lustra menses.
O quam beato prospera nuntio est,
Dum plena missi numine Nuntij,
DESIDERATVM ter beatæ
Hospitio recreauit ALVI

ODE IV.

Hymnus MARIA Mater gratiæ &c.

PRoh! BARBERINÆ quam superant APES
Dulcore Hymettum! quam superāt fauos
Vernantis Hyblæ! dum MARIAM
Melliflluæ, studioso ore
Narrant PARENTEM carmine GRATIÆ,
Dulciq; lenem nectare. dum petunt
Potentioribus retundi
Jnsidias Phlegetontis armis;
Et turbulento mortis in exitu,
Extenta MATRIS brachia fligitant;
Ne quos redemit NATVS, atris
Styx rapiat truculenta stagnis.

ODE

ODE V.

Eadem Musa Pietatem Vrbani perennem fore pollicetur.

HÆc Tu renarras, Purpureas Patrum
Inter Tiaras, rursus eburneo
VRBANE plectro. & concinenti
Purpureus fauet ore cætus.
Quæcunq; nostros murice purpura
Exornat armos, Sandapilæ nigris,
Post fata, deformatur Vrnis,
Et modicis cadit esca blattis.
Quicunq; splendor, nos vehit arduo,
Super minores lumine vertices,
A morte trusus, vix iacentis
Quo steterat meminit colossi.
Et eruditâ, quod cupidus stylus
Æternitatis, fundit arundine,
Dum longiores sperat annos,
Exiguo sepelitur æuo.
Solum perennat, quod pia candidis
Mens condit astris. quod manus arbitro
Cælo laborat. lingua dictat
Os loquitur. calamusq; scribit.

ODE VI.

Hymnus Aue Maris stella &c.

SAlue STELLA MARIS. quã mille e Matribus
Sepositi Numen sibi MATREM. (ALMÃ
Mater Virgineo nunquam spoliata virore.
Purior a partu vnica VIRGO.

PORTA

PORTA reformati felix & peruia CÆLI.
Nata graues reparare ruinas.
Digna salutari a Cælis; audireq; verba
Æterni prænuntia VERBI.
Omnipotẽte tulit quam Delegatus Olympo,
Pax eadem refloreat orbi.
Amissæ instaurans rursus primordia vitæ,
Laudaris felicior EVVA.
SOLVE catenato de collo VINCLA REORVM.
Seruili nos exime nexu.
Pelle nouo inuisas cæcorum lumine noctes.
FELLE bonis MALA NOSTRA diebus.
Te poscente fluant meliorũ commoda rerum.
Et pleno stet copia cornu.
MONSTRA TE ESSE piam Domina ô mitissima
Difficilem non præbeat aurẽ, (MATREM
Per Te transmissis Mediatrix optima votis,
Qui nostros prognatus in vsus,
Virgo TVVS TVLIT ESSE: & cuncti conditor
Sponte tuis sub legibus annos (æui,
Viuere mortales voluit, commune supremi,
Jus faciens, cum Matre, Parentis.
Jnter virgineos felix Regina pudores,
Jlleuit cui sole, serenas
Temperies trâquilla genas; nos crimine pulso
Eiectoq; e pectore fastu,
Effice morigeros. da incoctũ pectus honesto,
Nec niuei candoris egenum.
Post depuratos transacti temporis annos,
Fac tutam migrantibus horam.

Vt pro-

Vt promissa Tui teneamus munere NATI
Adlecti iam gaudia ciues,
Æterni (si vota placent mortalia) Patris
Æterno laus insonet æuo.
Par decus; æqualisq; sacro cum Pneumate,
Æquæuo sit gloria NATO. (semper
TRES, vno & simili cælum veneretur honore,
Et canâ cum Doride tellus.

ODE VII.

CLIO à gloria & celebritate rerum gestarum etymon vocis vsurpans, celebres & glorioſos cantus, quos Eccla Orthodoxa Antiphonas vocat, ad encomia DEIPARÆ metro Poetico aptatos concinit.

ANTIPHONA Alma Redemptoris MATER.

MATER illius, malè corruentis
Qui nefas ADÆ pretio expiauit,
Sanguinis fusi, reserata clausæ
PORTA salutis.
STELLA turbatas cohibens Malæas:
Inter exortam maris inquietem,
Mitior cuius Melicerta sceptro
Oscula figit.
Subde labenti populo, benignum,
Dexteræ PIGNVS, releuare pressum
Qui cupit noxis caput, & tenaci
Surgere cæno.
Quam Parens natura stupet, ligato
Jure naturæ sine Patre Matrem,

Et ſuum NATAM genuiſſe partu
Virgine PATREM.
VIRGO quæ primum, ſimul & ſupremum,
Hauſeras mundo ſaliente SALVE,
Quod Tibi vniri cupientis olim,
Nomine VERBI,
Attulit ſuaſor Gabriel; patratis
Criminoſorum miſerere culpis;
Quæq; plectendos comitantur actus
Eximè pœnis.

ODE VIII.

Antiphona. Aue Regina cælorum &c.

SAlue mille modis; milleq; vocibus;
PRINCEPS ætherea maxima REGIÆ.
Salue quam innocuis ambitionibus,
Stipant æligerûm chori.
RADIX Elyſij fructiferis AVE
Enutrita ſoli ſolibus. algidas
Nunquam paſſa hyemes, apta tamen DEVM
De Te gignere FLOSCVLVM.
Tu cum terrigenis nubila mentibus,
Cæcarum intulerant tædia noctium,
CHriſto ſole, diem dante, perennium
Facta eſt ianua luminum.
Jmmenſas, animo concipe, candida
MATER delitias, Te comitantium,
Per ſubſtrata tuis ſidera calcibus,
Dos & gloria Virginum.
Tu quidquid decoris, per varias Patris
Rerum

Rerum larga manus sparsit imagines,
Sic antèis specie; Præses vt anteit,
Astris Luna minoribus.
Quæcunq; est nuribus forma Sionijs,
Si conferre tibi se volet, induet
Ærumnosam Hecubam; vincet anilia
Macræ sæcula Baucidis.
O dilecta nimis! pulchra nimis vale!
Et nostris veniam posce reatibus.
Non ignara minas flectere vindicis
Materna prece Filii.

ODE IX.

Antiphona. REGINA cæli lætare &c.

STellati Regina tholi. quæcunq; voluptas
Jmplet nitentûm contribules siderum.
Aut quãcũq; sinus Thetydis; quãcũq; globosò
Hæreditas Opis coronat circulo;
Vnica laxato totum complectere corde,
Per mentis vnam bulliat totum domũ.
Nam quem illibato meruisti gignere partu.
Maternaq; DEO iura ferre Filio,
Post domitas Orci furias, Stygijq; Tyranni
Calcata colla victor ad Superos redit.
En quam Divino promissam audiuimus ore,
Vt glorioſas explicat Daphne comas!
At tu fecundis Nati exhilarata trophæis.
Tantæq; compos VIRGO facta gloriæ,
Qua-vi-cunq; vales acclines Numinis aures
Jn nostra vota, nostra vita deuoca

ODE X.

Antiphona. Salue REGINA Mater &c.

REGINA SALVE. quæ miſerabilem,
Foues benignis viſceribus, Parens
Mellita turbam. cui amænam
Difficili tenet ira nunquam,
Jn nube frontem. VITA perennibus
Stipata luſtris. Dulcior Attico
Dulcedo nectare. vna noſtræ
Meta ſpei, ſitis vna SALVE.
Tibi nefaſtis vendita nundinis,
Malâq; malo perdita, ſupplicat
Euuæ propago. quam fugauit
E Patrio Patris eſca fundo.
Ad Te humidorum, cum gemitu volant,
Suſpiriorum tædia. flentium,
Te vota. Te conuallis orat,
Aſſiduo lachrimoſa planctu.
Ad quam ſeuero poſteritas Adæ
Proſcripta iuſſu eſt: & modico breuis
Puncto voluptatis, tributum
Heu miſerum! miſerenda totos
Jmpendit annos. Eia ig tur malæ
Patrona cauſæ, quam mera lenitas,
Oris ſerenauit quietem,
Ad miſeros age verte vernas.
Et quem Tuorum, ter ſacra viſcerum,
Jutaminatæ munere Gratiæ,
Arcana profudêre FRVCTVM,
Poſt tetricæ mala dura pœnæ

OSTENDE IESVM deproperantium
In lucra mundi, nescia termini
O vena donorum! o MARIA
MATER aue PIA, VIRGO Dvlcis.

ODE XI.

THalia à Virore & flore dicta, occupatur circa florem NAZARENVM CHRISTVM INCARNATVM. & eam Polonorum psalmodiã, quam in sacrificijs antelucanis canere solent, tempore Aduentus Dominici, quo, diebus singulis, more patrio, Missa de B. M. VIRGINE solenniter Celebratur.

MIttit ad Virginem, non quemvis Angelum;
Sed fortitudinem suum Archangelum.
Amator hominis:
Fortem expediat pro nobis nuntium;
Naturæ faciat vt præiudicium, in partu Virginis.
Naturam superat, Natus Rex gloriæ.
Regnet & imperet & zemascoriæ, tollat de medio.
Superbientium terat fastidia,
Colla sublimiũ vi calcet propria. Potẽs in prælio.
Foras eijcit mundanum Principem,
Matremq; faciat secum participẽ, Patris imperij.
Exi qui mitteris hæc dona dicere.
Reuela veteris velamen literæ, Virtute nuntij.
Accede nuntia. dic Aue cominus.
Dic plenam gratiâ. dic tecũ Dominus. Et dic ne timeas.

VIRGO suscipias DEI Depositum.
In quo perficias castum propositū & votum tenās.
Audit & suscipit Puella Nuntium,
Credit & Concipit. & parit Filiū. Sed admrabilē.
Consiliarium humani generis.
Et DEUM fortiū & Patrē posteris In fine stabilē.
Qui nobis tribuat peccati veniam.
Reatus diluat & donet patriam. In arce siderum.
Pro nobis Filium ora Sanctissima,
Vt post exilium fruamur gaudiis, In cæli Patria.

ET iam pudicos Virginis ad lares
Orator Ales mittitur. & grauis
Interpres Arcani, potentis
Exequitur noua iussa Regis.
Fortem ministrum, de potioribus
Archangelorum millibus eligit
Quem, spe paternus destitutam,
Vrsit amor reparare prolem.
Justeq; forti credita Nuntio,
Inexplicati causa Negotij.
Quam iura Naturæ INCREATI
Connubium venerata VERBI,
Et fracta partu Virgineo, nouis
Sensêre miram legibus! imperas.
Victamq; Naturam, prælato
Nate DEVS trahis in triumpho.
Tunc imperantis pompa potentiæ,
Tuum coronat diuitijs Thronum,
Cum nostra vilitas recocti
In pretium variatur auri.

Fasti-

Fastidiosos cum pede proteris
Victor superbos. & diadematum
Sublimitates, & iacentûm
Colla teris resupina Regum.
Vnâq; vertis regna catastrophe;
Vno coarctas prælia funere;
Deprælliantium minores
In nihilum redigisq; vires.
Eliminatum, Marte minacior,
Mundi Tyrannum Tu procul eijcis.
Matremq; tecum vis Paterni
Participem simul esse sceptri.
Tu verò Tantæ prodrome Gratiæ,
Vince incitatos curribus Africos.
Cælisq; iam confæderato,
Munera fer reserata mundo.
Quidquid vetustæ pagina litteræ,
Sub inuolutâ texit imagine;
Virtute Nuntij retectum,
Jam videat sine nube verum.
Accede fausto Nuntius ominè.
Et dum salutas, spiret amabilis
Salutis aura Gratiarum
Congeriem, geminante castam
Dic ore sponsam. perfer Aue sine
Gementis Euuæ luctibus. edoce,
Tam strictè in intacto Parentis
Se Dominum posuisse corde.
Si Virginali, solicitum, anxius
Metum Pudori scrupulus ingerit;

Euince, vt acceptare miras
Non timidâ sciat aure leges.
O VIRGO sancto suscipe viscere,
INCORPORATI Depositum Dei,
Vt tale sanctiore nexu,
Perficiat tua vota Pignus.
Applaude Cæli Curia. Terrea
Lætare moles. Æthereo annuit
Puella Legato, receptum
Visceribus paritura Natum.
Natum patratos prodigialiter
Mirum per actus. Consiliarium,
Qui damna sustentet labantis,
Consilijs, humerisq; mundi.
Qui cuncta forti Numine proruat.
Quem Permanentem posthera diliget
Propago Patrem, faustitatis
Mellifluos habitura menses.
Hic ipse MATER, crimina, profluo
Nostri reatûs sanguine diluat.
Hic ipse Te iuuante ciues
Nos patrij finat esse cæli.
Tuum efficaci Tu prece Filium
Inflecte nobis. exilio bonum
Imponat vt finem, & beatæ
Sorte beet sine fine vitæ.

ODE XII.

MElpomene nomine ipso melodiam faciens, & significans, Reginæ Poloniæ, noto Polonis metro, in Periphrasim Poëticam verso modulatur. *Impe-*

IMperatrix Virgo gloriosa, plena laudũ titulis.
Potens, & imperiosa canticis Angelicis.
Iure commendaris Mater & Regina.
Prole non grauaris. Nato nos consigna,
VIRGO MATER DEO digna.
Imperatrici Tibi VIRGO, seruam
Consecro Musam. cui plena, totis
Fama deseruit titulis, & alto
Gloria curru.
Nec suæ tantum Dominæ, obsequentem
Arcuat tellus poplitem. potentes,
Aliger ciuis, canit imperantis
Carmine leges.
Jure Materni radias honoris
Prærogatiua. Merito serenus
Se Tibi acclinat thronus, & regentis
Pompa coronæ.
Dia Te fecit sine ponderosa
Nausea MATREM SOBOLES. decoro
Nos ei signans titulo, dicatos
Redde clientes.
Digna es ô nostrum decus! vt reclinis
In tuis rerum Fabricator vlnis,
Pensili ad pectus, trahat innocentes
Ore mamillas.
Peccatorum Medicina. Salus & spes humilium.
Rosa vera sine spinis. Castitatis lilium.
Respice quod posco, MATER Veri DEI.
Me peccasse nosco, miserere mei,
Consolatrix sanctæ spei.

Tu salutaris medicina culpis.
Tu spei nostræ columen. siniſtros
Sola Tu sortis, meliore sorte,
Dirige casus.
Jerichuntinos rosa blanda campos
Recreas ostro, præacuta nullis,
Cui tamen mitem vitiauit hamis
Spina pudorem.
Purior, nullo melius notari,
Castitas signo potuit MARIÆ.
Lilium nox est. satis est pudori
Stemma MARIA.
Ne tuas MATER, prece postulanti,
Deneges nutus famulo. o beata
Dote Diuinæ GENITRICIS, almâ
Annue fronte.
Heu meum nosco sceleratus ausum!
Nosco pollutæ malè facta mentis.
Tu tamen turpes miserata serui
Corrige lapsus.
Tu satis firmo, mea ne vacillet,
Spes, facis fulcro: velut inter altos
Nerei fluctus, tenet enatantem
Anchora puppem.
O dilecta! præelecta! fer solamen misero.
Charitatemq; perfectam, quam semper desidero.
Reuoca errantem in viam Veritatis,
Ad Te proclamantem Gema Castitatis!
Templum Sanctæ Trinitatis.
O tuos semper cupientum amare
Cælitûm vultus fitis! O suprema Inter

Inter electos sibi Te legentis
Portio cæli!
Qui fatigatam, miser in dolore,
Vix trahit vitam, placidos dolori
Flagitat soles, miseræq; amica
Sidera vitæ.
Supplici puros fer amoris ignes,
Quos cor hybernis gelidum pruinis,
Sic petit; poscit velut aura mitem
Algida Maium.
Deuios recto rege calle gressus,
Semper illimis Via recta veri.
Cui pauimentum, teres vnionum,
Expolit ordo.
TE sibi augustum fabricauit VNA
TRINITAS Templum; quod & astra, & ingens
Vidit vt cælum, cupit esse paruum
Pone sacellum.

ODE XIII.

VRanie cæli vocabulo insignita, illam decantat quam Poloni, in sua cantione Fulgentem in Aula cæli venerantur.

SAnctissima Mater DEI. Aue fulgens in aula
Mater immensum generasse Numen, (cæli.
Cæteras inter celebrata matres,
Quæ Tuæ de Te Sobolis refulges,
Castior ortu.
Te salutamus, cui non nocente,
Regium flammâ, caput vrit aurum, &
Pulchri-

Pulchrius cælo, radiat decoros
Syrma per artus.
O MARIA flos virginum. Velut rosa vel lilium
VIRGO flos, castos superans MARIA,
Virginum flores. Rosa, liliumq;
Te simul vidit, Rosa, liliumq;
Desijt esse.
Funde preces ad Filium, pro salute fidelium.
Vt fatiscentes leuat imber herbas,
Arua Quinctili populante; firment
Sic apud Natum, Tua vota, nostram
VIRGO SALVTEM.
Salue clara stella maris, quâ prodijt lux solaris
Leniens, salue, rutilis tumentem,
Lux maris molem radijs, ad vsus,
Quæ renascentem præeunte ducis
Lampade solem.
Jllũ placa Te precamur, Vt eius auxilio adiuue-
Mitiga nobis prece, contuentes (*mur.*
Huius aspectus, toties petitum,
Vt manu semper renuente sisti
Promat asylum.
O MARIA MATER DEI quæso te memẽto mei
O mihi dulcis titulo MARIÆ!
Facta non læso Genitrix pudore!
O Hera! addictum memori reconde
Pectore seruum.
Dũ venerit mortis dies, nobis detur æterna requi-
Quando supremam feret hora metam, (*es.*
Et vibrans strictam Lybitina falcem,
Subditum

Subditum fatis caput, occupante
Auferet ictu.
Tu Beatorum reserâ quietâ,
Millies lætas statione sedes,
Sancta stellatis vbi se reclinant
Otia campis.
Te precamur in hoc festo. Sis solamẽ omni mæsto.
Ergo dum læto, tua plebs, honorat
Te PARENS festo; pia tristiorem
Deme Tu plebi nebulam, ac edaces
Discute luctus.

ODE XIV.

ERato, amoris, vel desiderij Nomen, MARIAM STELLAM Matutinam cum summo desiderio salutat.

AVE Stella matutina. Peccatorum medicina
Princeps mundi & Regina Angelorũq; Domina

STELLA, venturi, rutilante crine, (*na*
Præiens solis aubar, excitatis
Ad tuos ortus, mea Te salutant
Barbita filis.
Si tuum sanat cataplasma fontes.
Se minus sentit medicum Galeni
Robur, & doctâ benè notus herbarum--
--Arte Machaon.
Diua, Te pulcher Tibi subditarum,
Principem Magnam colit ordo rerum.
Et Tuo triplex sua colla subdit
Machina sceptro.

Sed

Sed nec immensi, Tua se Potestas,
Limites inter tenet vniuersi;
Te suam magni Dominam esse gaudet
Regia cæli.

Sola Virgo digna dici. Contra tela inimici,
Insurge manu victrici: Corde precamur supplici,
Inter innubes, ita sola fulges
Virginum orcheſtras; velut explicatâ,
Simplices inter dominantur herbas,
Lilia fronte.

Turgidæ contra Stygis arma, dextrâ
Surge victrici. Tibi mens anhelos
Mittit affectus. Hera supplicantes
Protege seruos.

Clypeum pone salutis. Tu es titulus virtutis.
Nos firma locis in tutis. Hostibus cunctis obrutis.
Pone securæ clypeum salutis,
O præaltarum decorata cunctis,
Virgo virtutum titulis. quiẽto
Accipe portu.

Explica firmum timidis receptum,
Et lacessentûm stolidè, rebelles
Hostium, parmâ generosiore,
Obrue parmas.

O sponsa DEI electa. Esto nobis via recta,
Vbi est vita perfecta. ad æternag, gaudia.
Te Nurum cæli, cupidiq; scimus
Numinis SPONSAM. Via recta, nostros
Duc eo gressus, vbi sempiterno
Vita refluxu.

Candi-

Candidos soles agit, & beatas,
Siderum ciues, sibi gratulantur
Inuicem sedes, saliuntq; plenis
Gaudia ripis.

ODE XV.

TErpsychore seu Cythariſtria, à delectandis choreis dicta. post fugatam pestem, eum exultabunda inchoat cantum, quem Poloni contra pestiferam contagionem, decantare consueuerunt.

STella cæli quæ lactauit Dominum.
Extirpauit mortis pestem, quam plantauit
Primus Parens hominum.

Pulchra septenis Helice lucernis
Inter æternos superûm pyropos,
Vt lubet, mirâ, rege naufragantes
Lampade nautas.
A sua longé sibi fauſtiorem,
Accipit STELLA Lechis ora, lucem,
Quæ simul casto, PVERVM PATREMq;,
Lacte fouebat.
Huius aspectu, procul orbe cessit,
Post-humam prolem vitiantis Adæ
Pestis, & terſis melior reuixit,
Halitus auris.
Iſta ſtella, nunc dignetur ſidera compeſcere,
Quorum bella plebem cedunt, diro mortis vlcere.
Astra letali rabioſa cornu,
Turbidos iræ cohibete motus.
Nec per ægrotam, cumulate mortis,
Vlcera plebem. Fre-

Frenat Hoc veſtrum, prohibente nutu,
Prælium SIDVS; domat obſtinatæ
Ju neces noſtras, medicante ſcuto,
Spicula Parcæ.
Glorioſa ſtella maris, ſummis digna laudibus,
Nos a peſte tuearis, & a mundi fraudibus.
STELLA, Neptuni ſpacioſa, cuius
Gloriam, coniunx ſtupet Amphytrite.
Digna, quam ſolam vehat eleuatá
Fama curuli.
Nos ab immiti tueare peſte.
Quasq;; ſecuris nimium, doloſâ
Mundus impoſtor meditatur arte,
Diſſue fraudes.
Audi nos, nam Te, Filius nihil negans, honorat.
Salua nos IESV, pro quibus, VIRGO MATER
Flebiles audi facilis querelas. (*Te orat.*
Namq; Te MATREM colit obſequente
FILIVS, (qualem Pietas Magiſtra
Sanxit) honore.
Tu quoq; acclinis miſeris Redemptor,
Quam rogat MATER, (nec enim repulſam
Dum rogat MATER timet) expeditam
Prome ſalutem.

ODE XVI.

FLuterpe ſuauitatis ſeu delectamenti vocabulum, non ſine ſuauitate, GENTILITIAS GRUDZINSCIORUM TURRES, felices omnium Virtutum congerie, pradicat; ſed potiſſi-

tissimum inexpugnabiles ostendit, Patrocinio B. MARIÆ VIRGINIS quæ in Tulcensi villa GRUDZINSCIORUM possessione, miraculosam Iconem collocauit.

CLamosa vocum reddita septies,
Jn Cyzicenis fænora turribus,
Occludat Echo, & heptaphonum
Porticus ambitiosa murmur.
GRVDZINSCIANÆ nubibus ambiat a
Mirator æther, pegmata machinæ;
Conterminumq; TRINA stellis,
Culmen agat, celebresq; cælo
Jnducat Ædes TVRRIS. at asperos,
Fastigiato vertice, fulminis
Contemnat ictus; roborato
Nec trepidet Jouis arma fulcro.
Jn his decenti Nobilitas situ,
Ter mille priscas figit Imagines,
Longasq; descendentem Auorum
Per sobolem, dat origo ceras.
Hæc purpuratis, stemmata, cum Togis;
Et vota partæ sanguine gloriæ;
Fascesq;, lauriq;, & seueræ
Martis opes, tituliq; totis
Sedêre late censibus. Hîc licet,
Excisa captis oppida mænibus,
Ducumq; fata, & barbarorum
Exuuias numerare Regum.

a *Stemma Grudzińsciorum triplex Turris & Vir in porta armatus.*

Hinc

Hinc liberali diuitiæ sinu,
Sparsæq; fulgent dona pecuniæ;
Vagusq; riuo depluentis,
Per miseros ruit imber auri.
Hîc, quæ cruentis cedere cæsibus,
Cunctisq; nescit Diua periculis,
Contenta se solâ, fugacem
Nec comitem scit habere sortem.
Hîc cuncta sanctis legibus Æquitas,
Plusquam Quirinis iura securibus,
Obfirmat; vt vis peruicaci,
Nil valeat violenta nisu.
At illa, fortes, fortior hostium
Quæ frangit hostes, consilio; vt suas
Hîc Diua virtutum cohortes
Explicat! vt reserata, ferro
CVSTODIENTI limina MILITI,
Panætianis dogmata litteris
Præscribit! ac deprompta docto,
E docet hæc documenta corde.
Is temperandas, admoueat manum,
Ad rerum habenas, quem sibi multiplex
Formauit vsus, & videntem
Centum oculis variauit Argum.
An destitutum mente, suas aget,
Cadauer artes? an gelidos nece
Mouebit artus? & peracta
Officia, aut peragenda noscet?
Ciuile, Magni non aliter puta
Languere robur Corporis, vndiq;

Quod

Quod cura prudens, eruditâ
Non animat ſolidata mente.
O quisquis alto de ſolio, regis
Tibi obſequentûm pectora militum!
Faue Mineruæ. cinge cautus,
Palladio tua ſceptra muro,
In Adrianis fluctibus, abripit
Clauum carinæ, qui ſapientiæ,
Præſes gubernat militantem,
Præcipua ſine dote Martem.
Nec iſta, cautus, ſegnius accipit
Præcepta MILES; quam didicit ſui
Artes Magiſtri, mox Achilles
Iliaco metuendus hoſti.
Quâcunq; virtus efficit indole,
Sparſim beatos. omnibus huc fluit
Collecta riuis. & capaces
Ambit ouans habitare TVRRES.
Sed aggregatis, vnica præualet
Dos, miſſa cælo, pondere dotibus;
Ceu vnionum rex Jaſpis
Eſt rudibus melior lapillis.
Latet ſupellex aurea. gemmmei
Squalent nitores. cum rutilat ſuis
MARIA gazis. & decore
GRZIMALIAM ſatis ornat ARCEM.
Durate Tanto VIRGINIS integræ
Fauore TVRRES. Vincite Patriam
Muſarum Olympum. Stare Graij
Colla ſuper ſuperata Pindi.

Iam

Jam nulla vestram subruet inuido
Fortuna molem tempore. TRIPLICES
Dum TVRRIS auget QVARTA, TVRRES,
Sidereo solidatâ muro.

PARS XI.

VOTA Autoris, per hæc bella, Votorum nostrorū metæ, VIRGINI MARIÆ, Poloniarum Reginæ, in varijs eius miraculosis Iconibus oblata & dedicata.

VOTVM I.

AD Dinam Subcamenecensem. Cuius sacri pedis vestigia ac mensura ibidem coluntur. Nullus securior in periculis locus quam ad Pedes MARIÆ.

HAud me Neronis, ditia distinent,
Iniurioſis atria luxibus;
Nec quæ per auratos renident,
Furta maris pretiosa postes.
Non mortuorum posthuma Principum,
Signis superstes vita Corinthijs
Non Marte prosperante fracti
Sculpta mouent simulachra belli.
Nec

Nec quæ Liburnis eruta collibus,
Jn curiosas fulgura palpebras
Torquet supellex; vel Latini
Me retinent asarota Crassi.
Pompeianis aurea montibus,
Theatra Komæ lumina fulminent;
Quæ de Tyrannis corrogato
Jrradiet sua templa censu.
Me præ superbo Pyramidum situ,
Et sumptuosæ marmore Cariæ,
Vrunt stupendo fixa saxo,
Virgineæ monumenta plantæ.
Huc purpurati flecte apicem rosa
O celle May. flecte comas tuæ
Narcisse demirator vmbræ
Ad liquidos liquefacte fontes.
Et vos supinis lilia frontibus,
Jntaminato sub pede regias
Lunate mitras. huc acanthi.
Huc virides properate nardi.
Et Rosmarinæ laus opulentiæ;
Et Indiani, germen amabile,
Formose granadille solis,
Florigeram referate pompam.
Huc compta totis Hybla leporibus,
Florumq; nutrix demigrat Attica.
Hic tota spiret elegantem
Aura Cypri Cilicumq; Maium.
His expetitos sidereæ, colam,
Spargamq; gressus messibus Hospitæ;

Et ca-

Et cara tellus, & rubescent
Puniceo sacra saxa nimbo.
Quin ipse prono, sternar ad osculum
Pedis beati corpore; & intimo
Complectar affectu; fidelem
Ceu hederæ rapit error vlmum.
Hærebo nec me Lerna furentium,
Terrebit armis Roſſia Gorgonum;
Nec dimouebunt quæ niuali
Prælia detonuêre motu.
Jacebo fixum pondus, & horridi
Jmmane leti. Seu ruat omnibus
Cælum procellis; & trisulcos
Jn caput hoc iaculetur ictus.
Seu hic iacentem, Nereus omnibus,
Jnuadat vndis; & vitreos mari
Confundat amnes; ac Nòéam
Cuncta ferat super arua nauem.
Si fracta toto pondere decidat,
Superiacentûm machina siderum.
Erit supremam dulce MATRIS
Ante pedes subijsse mortem.

VOTVM II.

AD DIVAM TROCENSEM. cum eius Imago propter Tyrannidem Moschouiticam exportata, peregrè lateret.

ERgo perpetuas exilij moras
VIRGO ferre placet? *Quis proprij incola*
Spernit tecta foci? de patrio procul
Fumum cernere limite Euer-

Euerſo cupit victor ab Ilio.
Quamuis tot comitum turba fidelibus
Sepiret ſtudijs, & Domini latus
Graio cingeret agmine.
Captiuoq; Ducum cum grege, Dorici
Stiparent Proceres. *Cum Borealibus*
Exſufflata labris, in Mareoticis
Ales conditur inſulis,
Vix ſol dimidium, diſtinet exulem
Anni per ſpatium. Martius ad ſoli
Deſerti reuocat limina, prodromis
Blandi veris Eteſiis.
Nunquam continuo, cornua Cynthiæ,
Nox immenſa tegit funere; lugubre
Rumpit ricinium, pulchraq; gemmeâ
Verrit ſidera Cyclade.
Te pulſam proprijs ſedibus integrum
Luſtrum VIRGO tenet: nullaq; candidis
Poſt longi reuehit nubila temporis
Lux optata iugalibus.
Quam toto in tenebras lumine tranſijt
Transformata dies! quæ ſonuit Tui
Sarbieui Lechici gloria ſanguinis,
Quondam pectine barbiti.
Quæ tunc Alma PARENS a populo audijt
Decantata ſuis ſtemmata dotibus!
Ad MATREM, reſluo, par populus maris
Cum ſe funderet æquori.
Hic ARCAM placidi FÆDERIS; humidam
Hic nullis cecinit roribus AREAM,

A tincto

A tincto Gedeon certa requireret
Cum præsagia vellere.
Hinc spissis viruit RHAMNVS in ignibus;
Aut lusit refugo TVRRIS in aere,
Cuius dives ebur per radiantia
Proserpit laquearia.
Hinc Regem RECREANS NARDVS odoribus,
Procerque statu CEDRVS, ab acribus
Frustra tunsa Notis; aut Cilicum seges
Mirando stetit halitu.
Hi mali croceas fragmine Punici
Cantauêre genas; hi redolentia
Suaui labra mero; vitiferis Cyprus
Quod nunquam viridarijs,
Nunquam pampineis vua Calenia
Profert chrysolitis, non Thasus, aut Chios,
Non colles Calabri, parturit aut Patris
Naxus patria Liberi.
Hunc lunæ tremulum sub pedibus iubar,
Natiuisq; dies crinibus illitus,
Mirantem tenuit; vel bipatentibus
Stellantes oculis faces.
At quo Castalidum carmine prosequar,
Nunquam lassa agili pondere brachia, &
Vagitum teneri, nectareo, DEI
Dependentis ab vbere?
Castus, centimanæ non hederæ arctius
Amplexus sociæ se ligat arbori;
Vt Materna DEUS brachiolis Puer
Sese nectit ad oscula.

Hæc

Hæc quondam ad Lyricas Sarbiuij fides,
Audiuêre caui littora Villiæ. *Lithuaniæ*
Et per bis geminas, attonitâ nemus *fluuius.*
Leucas haulerat arbore.
Cum votiua, TROCAS, de Litaui Patrem
Ducebat Pietas, fede Palæmonis;
Votorumq; scopus procidium suæ
VIRGO vidit Imagini.
At nunc Virgineo consona Nomini,
Moschus Parrhasijs nomina sustulit
Periurus furijs. pro titulis gemit
Mæstis nænia planctibus.
O tandem Litauæ Diua Propaginis,
Cymbam de medijs erue Syrtibus;
Ac inter dubij saxa Capharei
Patrono tege brachio.
Qui fulcire suos subsidio potest
Ciues; & sterili mergitur otio;
Aut in nocte latet; durior in suam est
Duro marmore Patriam

VOTVM III.

AD celebrem mirandis operibus Imaginem, quæ colitur in villa Zawada, Perillustris ac Magnifici Domini Ligęza Castellani Czechouiensis. Commēdat Deiparæ autor tempore Transiluanicæ incursionis, Filium prænominati Senatoris, qui ex graui morbo, ope eiusdem Diuæ conualuerat.

Abite stirpes Palladis, hostico,
Bellona centum septa furoribus,
Cornu remugit. & seueris
Iam litui strepuêre rixis.
Vincit famentes Russia Tygrides,
In ciuicarum funere cladium.
Colloq; non vno, Vkrainæ
Multiplices vomit Hydra fumos.
Sile Lycæum. tota micantibus
Tellus sub armis ingemit. oppida
Ruunt. & in tabo calentes,
Aute oculos vorat ignis ædes.
Mutant liquorem flumina mortibus
Lassata nostris. & sanie ebrias,
Ad Martis imperata Eleusis
Deseruit fugitiua glebas.
At tu tuorum prima clientium
Tutela VIRGO. Subtrahe nobile
Caput ruinæ. quodq; gaudes
E manibus rapuisse fati,
Tuêre germen. floreat vnicus
Phœnix Parentum. Patritiæ decus,
Lumenq; stirpis, iura toruæ
Nesciat inuidiosa Lethes.
Donec per altæ culmina gloriæ,
Claras Auorum clarior occupet
Nepos curules: & nepotes
Ipse pares superare cernat
Cliuos honorum. Seu patrios volet
Bellona Fratris Martis acinaces;

Seu

Seu expoliti mitiores
Consilij toga poscet vsus.
Tuo ille MATER munere, se datos
Agnoscit annos viuere. squallidos
Te sentit, a nitore postis
Patritij pepulisse lessos.
Et nunc MARIÆ, paruulus ardua
Jam templa mensor destinat; & statas
Quas vel Carystos, vel Sienes
Saxa dabunt, meditatur aras.
Vel quas secures Dardaniæ legent,
Per excauatæ viscera Synnados;
Et emedullatis librabunt
E Cybeles regementis antris.
Hic erudito Praxitelis stylo,
Jn vulnerati tergore marmoris,
Ferent cicatrices, repulsi
Per MARIAM simulachra morbi.

VOTVM IV.

AD glorioſam Sacri Roſarij Imaginem. in templo Ordinis Prædicatorum, Cracouiæ, cultu piorum miraculoſiſq. beneficijs florentem. quæ illo die, quo Chriſtianitas ad Naupactum inſignem de Turcis, Diuinæ PARENTIS opere tulit triumphum, ſolenni per Vrbem Cracouienſem deportatur pompa.

HÆc eſt illa dies, ſplendidius nihil,
Quâ ſol luciferis vexit in axibus;
Et cui larga magis ſolueret aureo
Vectigalia debito. Hæc

Hæc quondam Odryſias Actiaco ſalo
Merſit fauſta rates. ſalſaq; barbarâ
Ottomanigenûm cæde, piauerat
Cani iugera Nerei.
Heml quam belligeris vndiq; territæ
Sulcantur Thetydos terga triremibus!
Quæ ſeſe in medio cum nuribus ſtupet
Exardeſcere gurgite.
Liuent ferro acies. carbaſa flantibus
Vexantur Zephyris. lugubrè murmurant,
Bellantumq; auidâ marmoreæ procul
Rupes voce remugiunt.
Hic nauis ſcopulo pendet; & altera
Pars admittit aquas; altera turbidis
Obluctatur aquis; hæc quoq; vindice
Mox mergenda ſub æquore.
Hic in ſigna, ruunt ſigna; vir, in virum;
Tela, in tela volant; & manus, in manum;
Proræ concutitur prora; grauem ſibi
Vmbonem, vmbo reuerberat.
Pontes Naiadibus de ſtrue corporum
Inſtrauêre viam. glaſtina Doridis
Mutata eſt ſpecies, ſtrage natantium
Deformata cadauerum.
Non ſic Patrhaſiam grandine verberat
Frigens Arctos humum. non ita diſſono,
Nutanrûm Boreas flamine, funditus
Siluas eruit Alpium.
Vt Byzantiaci ſanguine depluit
Pallens LVNA Ducis. miſcet opus frequens,
Pul-

Pulchræ laudis amor. per medium viros
Raptat fama periculum.
Sed quid mollis Arabs? aut timidi Dahæ?
Quid pugnâ faciles cedere Concani?
Quid vel Myrmidonum; vel trepidantium
Jgnaui Dolopum greges;
Seruilisq; Cilix; aut Asiaticæ
Contra VIRGINEÆ militiam manus
Euincent pecudes? Ceu Tyriæ iubar
Nimbos dissipat Iridis;
Ad DIVÆ imperium, sic Mareoticæ
Sunt elisæ hyemes. neq; Tragicam magis,
Spectatore mari, regna peregerant
Byzantina cataſtrophen.
Pars captiua subit vincula, debitum
Victori spolium. pars rapido perit,
Post inflicta necis vulnera, gurgite,
Canis victima fluctibus.
Hæc ergo domitæ prælia Turciæ,
Victoremq; diem, Regia sedulo
Vrbs egit studio, dum toga Lechiam,
Dempto vestierat sago.
Jbat tunc Cygneâ candidior niue
Phæbes, (dum biiugis vecta super Jouem,
Noctem trudit equis) composito PARENS
VIRGO plebis in ordine,
Et per plena suis compita laudibus,
Portabatur onus nobile, ciuium,
Blando, inter resoni murmura classici,
Spectans limina lumine.

Nunc sub Vandalicâ muta Tyrannide,
Magnæ pompa silet VIRGINIS. Excute
Crudum Diua iugum. Finnoniam pari
Fato merge proteruiam;
Quo vis interijt Turcica, prodigo
Naupacti maculans littora sanguine;
Instauret pariles, vt Tibi, cernuo
Pompas Lechia poplite.

VOTVM V.

AD B. VIRGINEM STESZEVIENSEM cum incognita propter Suecorum Tyrannidem lateret.

SOl qui rotundo lucis in essedo,
Nunquam quietis climata circinis
Metiris, & telluris omnes,
Præpes obis, penetrasq; partes.
Dic quæ beato mænia VIRGINEM
Seruant recessu? quam propé subsequi,
Ritu camillorum, sequaci
Præcipua est tibi dos quadrigâ.
Si per latebras, non fruitur tui
Dono diei, tectaq; terreis
Nequit ducissæ sub cauernis,
Militiam numerare lunæ.
Non in remotis laromus Indijs,
Sic infidelis permeat obsides
Auri cauernas, & sepultis
Nocte, inhiat sine nocte gazis.

Vt ir-

Vt irretento, totus in auiæ
Arcana terræ, momine tollerer,
Donec latentis crypta pignus
Detegeret diuturna Gemmæ.
Si verò triſtis, claudit In hiſpidis,
Formido dulcem montibus hoſpitam,
Cinguntq; ramoſis comatæ
Abjetibus platanisq; ſiluæ.
Luſtrabo Fauni luſtra, vehentibus
Amoris alis. ocyor alite,
Euriq; Cæciæq; pennâ,
Aereos ſuperabo montes.
Pulſabo crebris frigida vocibus,
Jnhoſpitarum marmora rupium;
Mutosq; ſciſcitabor agros,
VIRGINEAM ingeminãdo MATREM.
MATRIS vocatum nomen, amabili
Valles refundent murmure, & arbori
Narrabit arbor, & pudico
Per ſcopulos feret aura riſu.
Si torua euntem me petat vnguibus
Leæna prædam; vel tepido lupus
Vaſtator emergat cubili;
Aut auido ruat vrſa rictu;
Nolo vt frequenti milite, Xerxicæ
Herile ſtipent Myriades latus.
Namq; ambulantem me per ipſas
Eripiet bona Virgo mortes.

VOTVM

VOTVM VI.

AD Diuam VIRGINEM BORECENSEM Pro Polonia Suetico bello afflicta.

EST & remotos, Pindaricus calor,
Horatiano carmine, limites
Adire, qui primam Lechæo
Exilio posuêre metam.
Benè auspicato, non ego Regiæ
Narrabo nidos ALITIS omine,
Quæ STEMMA Sarmatis futuri
Ante dedit speciale sceptri.
Exquo Parentis Filia Marspitris,
Neptisq; honorum splendida, nomini
Sese maritauit Polono,
A teneris propè fama cunis,
Non prima versu tempora, Lechici
Mirabor æui, quo populis, pudor,
Et Fas, & inuicem fidelis
Lex fuerat sine lite Candor.
Quo mensa, saxum; gramen, erat torus;
Laris lucunar, nuda patentium
Domus Trionum; & ordinata
Conspicuis Propylæa stellis.
Quo pro Falerni nectare, simplices
Fluxêre lymphæ; pro dape Phasidis,
Decerpta curuis esca ramis;
Aut proprio fuit hortus aruo.
VIRGO labantis Te veneror metro
Columna

Columna mundi. Prime decor ſoli
PRZIIEMSCIANI. Te colentis
Depoſitum geniale BORCI.
Ad Te fluentis peruia neſciunt
Neceſſitatis compita ferias.
Semperq; ſuccedunt vetuſtis
A populo noua dona donis.
Pars ad cupitum, brachia porrigit
Protenſa portum; pars memorabilis,
Appendit, euoluta certis
Naufragijs, anathema voti.
Et nunc inundat diluuies tuam
MARIA gentem. Quam nimio perit
Jmmerſa ponto! vt naufragantis
Vela gemit lacerata cymbæ!
Jn hoc ſereni diluuio iubar
Diffunde vultûs, ſola voracium
Symplepadum Argo. Sola nantûm
Continuò Cynoſura rerum!

VOTVM VII.

AD Arcam fœderis MARIAM MEDIRICENSEM in Volhynia. cum Zaporohiani rebelles inclinarent ad pacem. & cum eadem Imago propter bellorum pericula Dubnæ aſſeruaretur.

ET iam feracis terra Volhyniæ,
Poſt rauca belli iurgia, mitibus
Keſpirat horis. iam quieto
Ferri acies iacuêre ſomno.

Jam dissidentes Russia Lechiæ
Remittit iras. finitimum ligat
Pax sancta complexum. Nociuæ
Ex animis abiêre rixæ.
Astræa, lassum iam chalybem, iubet
Ferace frugum scindere vulnere
Glebas, pharetrarumq; siluas
Peruigili focus vret igni.
Juuat notatos visere Nomine
Postes MARIÆ. per Mediriciam,
Quâ deuolutus, copiosas
Planitiem VILA fundit vrnas. a
Et flexuosis, finitimi vagos
Fluctus HORINI, fluctibus adiuuat, b
Vt fœderati, iam deinceps,
Aggere non remorentur amnes.
Quid DVBNA carum Depositum tuo
Condis recessu?. Cælituum sitim
Ostende cælo. lætiores
Elysys ROSA potet auras
Nutrita campis. Migret HERA in suam
Possessionem. *dulcior arbori*
Natiua tellus. compeditas
In caueis flet acanthis horas.
Felix Corinthus. Sed Tenea tamen
Quidam cupiuit viuere. paruulo est
Testudo felix inuolucro.
Parua licet domus est echino,
Aculeatis sed tamen incolam

a *Fluuius Volhyniæ.* b *itidem fluuius.*

Armat

Armat ſagittis. non iubet allia,
Fabaſq́ manducare, dogma
Pythagoræ ſapientis, extra
Poſtes paternos. otia patrij
Laudat camini nauticus. otia
Bellator optat. terra longò
Quem tenuit peregrina bello.
Prodi receptæ per Lechiam iubar
Tranquillitatis. qualiter igneum,
Narraris olim fœuientis
Mulciberi ſuperâſſe robur:
Siç infrementem comprime Suetici
Famem Leonis. diſijce ruſticos
Plebis tumultus; & ferocem
Excidio Lechiæ Bootem.
Videſne VIRGO, quæ Tibi ſupplices
Jactura terras aggerat! vt iacent
OSTROGIANORVM ſilenti
Tecta Dvcvm cinefacta buſto!
Heu ſanctiori, condita malleo
Fatiſcit Ædes. & Phario labor
Labore maior, ſemiroſis
Damna ſubit carioſa rimis!
Quam magna paruo tempore corruunt!
Illa, illa, centum vaſta decempedis,
Quæ ſculpta portabat ſub ipſos
Saxa polos, patriamq́; lunæ.
Cælo dicatos fabrica vertices
Deiecta ſternit! Tot trieteridum,
Heu vna lux hauſit labores!
Vno abijt decus omne puncto! Iam-

Jamq; & Mineruæ conticuit Domus,
Amantis artes æmula Belgij,
Et perſpicaces cultioris
Jngenij periêre merces.
Quas per Volhynas diſtrahat impiger
Apollo terras. quas auido Tibris
Miſetur ore. quasq; plauſu
Cornigeri vehat vnda Rheni.
Et quæ, Polonæ quo lubeat trahant
Perſuaſa ſuaſu lumina Curiæ.
Seu bella Martis; ſeu ſuperbis
Pax placeat potior triumphis.
Heu diſtitutam ſubſidio MITRAM
Reuiſe PRINCEPS! Te Dominam comes
Sequetur aucta fauſtitatum
Copia, fertiliumq; cultrix
Ceres agrorum. Te Duce candido
Electa Pallas creſcet in otio,
Longiq; Amalthee relinquet
Juſtitij taciturnitatem.

PARS

PARS XII.

Flebiles autoris Threnodiæ ob varias Deiparæ Imagines vel spoliatas vel ludibrio habitas.

THRENODIA I.

Emiratur autor, miraculosæ Imaginis quâ in Suburbio Cracouiensi positam, vulgus vocat in Arena, præteritum statum, & Poetico enthusiasmo facit præsentem; tum demum deplorat miserabilem eius a Suecis vná cum templo diruto spoliationem.

VT publicarum, more decemplicis
Ardor viarum scinditur Appiæ!
Vt crebra certatim modesto
Turba fluit refluitq; fluxu!
Non pabulares sic glomerant thymi
Hymettiarum examina ciuium.
Cum veris ingressu, Atticana
Mellificæ fauet aura turbæ.
Non sic rigores post Februalium
Agoniorum, rursus Aprilibus
Crebræ cateruatim Kalendis
Alituum remeant cohortes.
Vt innocentis fana sacrarij,
Multo frequentant cominus agmine,
Craci Quirites. sumptuosa
Indigenæ Monumēta Diuæ. Quid

Quid confluentûm densa frequentibus
Vult pompa signis? An sub Olympica
Arena puluerat tumultu?
Et volucri rapit ora victor
Currus rotatu? num Latios ciet
Palæstra ludos? plena tepentium
Palæstra mortium, & litato
Turbæ oculis inhonora tabo?
An ante Achiuos, stans Telamonius
Aiax, Tyrannum Dulichium probris
Fatigat? heroasq; damni
Impatiens, ferit ense costas?
Tuos coronat Patre Craco sata
Proles triumphos. attrahitur tuis
Captiua donis. Te fluentis
Diua colit genus omne turbæ.
Caliginoso, cum Numida Duce,
Famose Cimber, condere carcere.
Brutum, Philippinamq; pugnam, &
Actiacæ monumenta conde
Auguste classis. Virgineam induam
Collo catenam. meq; pijs, comes
Miscebo turbæ supplicantis,
Portio non remouenda pompis.
Hic vota, votis; & precibus, preces;
Jungam sodalis seruitij tenax;
Stupensq; spectator, relatas
De Nemesi numerabo palmas.
En quot repulsæ, stant medicâ manu
Signa Angeronæ! prodigialia

Stant

Stant vndiq; e leto trophæa,
Et variæ simulachra Parcæ!
Hic restitutos pendula frontium
Tabella soles, Praxitelis gerit
Sub celre viuos. literatas
Hic facies anaglypta docto
Finxêre cestro. fida calentium
At inde testis lamina febrium,
Et testis hydropum, fugatas
Muta licet, canit vsq; febres,
Et vsq; hydropes. hic moritur rubro
Tabes in auro. languida liuido
Hic pestis expirat veneno,
Et vacuum premit ore letum.
Stant mille pestes. plenaq; pallidis
Theatra morbis. ipsa licet tuam,
Se VIRGO sistat mors ad Aram,
Mors agilem feret ipsa vitam.
Nunc te beatum Sueca palatium
Bellona sternit. Sæuit Herostrati
Crudelis ignis. Proh dolendâ
Tecta ruunt MARIANA strage!
Quid non iniqui, regius audeat,
Sub imperantis fulgare purpuræ
Furor Tyranni? cuius altæ
Fraus posuit diadema fronti?
Qui cum trecentos sceptriferâ manu
Frenauit hostes; hunc tamen interim,
Regni catenat mancipatum
Ambitio furiosa seruum.

O cusa

Oçusa in Orco iura Tyrannici
Legesq; iussi. debuit hoc tuæ,
Arma inter execrata saltem,
Vandale non licuisse legi.

THRENODIA II.

QUa deploratur altera Jmago B. MARIÆ VIRGINIS quæ in Alma ACADEMIA CRACOVIENSI, magno Studiosæ Juuentutis floret cultu, & simul miraculorum publicâ claretcit notitiâ.

NEc mors ferocit falce per omnia.
Nec Mars ferocis proruit omnia
Torrente belli, sanguinante
Regna metens populosq; messe.
Pilis & hastis turbat aheneas
Mauors Phalangas. subruit arduos
Mundi labores, cogit Vrbes,
Indomito iuga ferre collo.
At mentem, quantis, nobile ferculum,
Nunquam curulis, trossulus alligat.
Apparitores hastitatum,
Sola faces, cineresq; nescit,
Hæc fraudulenti me facilem vehit
Jn castra Sueci, plorat vbi Craci
Cognomines vrbs Prima manes,
Vistulei lachrymis fluenti.
Quin Pegasæo turgida ephippio,
Toruùm tuentis iura Tyrannidis
Deridet, ac impunè lustrat
Sauromatûm simulachra Regũ. Et

Et eminentes Sarcophagos propè
Mæstùm elocuto carmine, Principes,
Inter parentantes coronas;
Sceptraq; Phidiacasq; moles,
Affatur vmbras. Surgite vindices,
Vestris locati vindicijs throni!
Excedite Heroi parumper
Elysiâ regione manes.
Tutante vestri tegminis ægide,
Contra opprimentis sæuitiem Goti,
Stet Mvrvs Orbis. Stet Polonus
Threyciæ Mora Sola Lvnæ.
Heu quam superbi, nube superciliâ
Vrbs vestra squalet! Marmoreis vbi
Domus laborantæ colossis.
Et tefluo fora plena lucro?
Vbi est Laconum Tænariâ lapis
De rupe cæsus? qui Tyrios tulit
Vermes cylindris? vel virentes
In maculis simulauit herbas?
Heu quanta egestas! quanta oculis patet
Jactura rerum! quæ modo Virgines,
Ceu Naue Noæâ columbas,
Atria detinuêre mentes.
Licentiosis peruia Pro! pudor!
Sunt facta lixis! Fana Strigvm cohors
Incestat! ad nudas sacerdos
Cum cecumis gemit otus aras.
Panætiani porticus atrij,
Et eruditi mansio Socratis,

Jllitera-

Illiteratis, ſolitudo
Ante oculos ſtat amara tectis.
Jam copioſi pagina Tullij.
Jam Cyrrha toto cum tripodum fide
Cedis receſſu. totus ares
Ingenuis Academe lucis.
Non iura dictat diſcipulo Themis
Juſtiniano; non medici, fugat
Magiſtra Dæmogorgonæos
Hippocratis medicina fuſos.
At expolito Melpomenes choro
Stipata, docti Præſes Apollinis,
Interq; diſcentis iuuentæ
Palladias dominata ſedes,
Viuitne VIRGO MATER? & in ſuo
Miraculorum durat. honos loco
Patrator? eſt præ quo ſcientis!
Vilis honor pretiumq; Phæbi?
Heu CANTIANAS alloquio Parens
Dignata Muſas! in vacuo iacet
Cuptiſta pariete, & cliente
Stat miſerè viduata pube!
Quousq; Suecæ mucro licentiæ
Peccabit? ingens brachia Geryon
Quousq; protendet? quousq;
Vincta feres ſine lege turpes
REGINA leges? Sat Nemeeius
Sepauit alto iam Leo funere.
Satisq; terrefecit altas
Arcadiæ fera vaſta ſiluas.

Tandem

Tandem anteceſſor monſtriferi Hercules
In colla partûs poſtulat Herculem;
Seſeq; ſorti ſubſequentem
Voce vocat Meleager haſtam.

THRENODIA III.

ANte maternas aures MARIÆ GOSTINENSIS effusa. Cum Carolus Guſtauus Succorum Rex Maiorem occupaſſet Poloniam.

LEchia Vandalico Maior ſua colla Monarchæ
Submiſit? Eſtne dãda nũtio fides?
Aurea libertas pro nullo venditur auro?
Emiturq; tantis ſeruitus diſpendijs?
Tantone exitium iuuat introducere ſumptu?
Tantone pretio nundinari compedes?
Inſtar montis equum ſic ſponte induxit Epei,
Virisq; fetam ſtulta Troia machinam?
Ibat in occurſum ſenibus permiſta iuuentus,
Et cum puellari puelli carmine.
Fruſtra Laocoõ nocituræ præſcie technæ,
Haſtam doloſis condis in præcordijs.
Palladiũ trahitur per ouantia compita mon-
Vitulantis Vrbis præeunte gaudio. (ſtrũ
O hominum ſtabili nunquam ſors fixa tenore!
Genusq; nunquam ſorte contentum tuâ!
Vileſcunt animo, quæ iam retinentur. hiante
Incerta quæ ſunt expetiſſimus ſiti.
Magna, ſitim generant maiorum rurſus & iſtis,
Fortuna parta eſt parua; ãhelãt maxima.

Æterni

Æterni interta series contraria Fati,
Deturbat alto spes volantes aere.
Jnuida successus Aglauros dum sitit Herses,
Amittit Aglauron; nec Hersen inuenit.
Cum duplicem raptat ieiunus Vertagus offam
Jn littus, offa fauce cassa, desiuit.
Dum gemino lepori intentant venabula vulnus,
Vterq; lepus inuulneratus auolat.
Quam tibi felici famulata est fama corymbo!
Tellus Lechæi prime limes exili.
Maiestate fuit libertas altior ipsa,
Regumq; celso præpotentior throno!
Clausas cognato trãsgressa Borysthene metas,
Per capta Volgæ colla victrix iueras.
Fregisti Auroræ populos; immania Regis
Byzantiorum vota dissipaueras.
Canã vltra Tanaim tuus exundauerat horror,
Vltraq; Thracis nigra terga Bosphori.
Libertatis amor nimius te perdidit, alto
Sublata stare nauseasti culmine.
Heu nescisti facili sublimia pulsu,
Et grandiori ad ima casu decuti!
Jnse magna ruunt, vbi iam fastigia tangunt.
Et altiorem non habent quo stent gradum
Jamq; sub egregio legum reuerentia Rege,
Basisq; regni pellitur regno fides
Despoliata gemunt operoso fana nitore,
Diuesq; nuper, nuda nunc Pietas eget,
Occulit Effigies, Diuorum in puluere squalor;
Heu sanã! squalor, turpis heu! ioco Goto!

Jmmitem

Immitem facilis successus reddidit hostem.
Felicitasq; nescia pati limites.
Heu quam fortunæ ardua res non tradere mores.
Numamq; fieri, dum geris Polycratem!
Nescimus seruare modum, dum bella secundis
Portunnus in portum regit DEUS Notis.
Credite. Tuber ibi, ῦber ῦbi. redditq; superbos
Fortuna; quos prius beatos reddidit.
Gorgonei tamen ô capitis gens posthuma, du-
Exsila petris; peior orba Tygride. (ris
Humani si quid latitat sub pectore sensûs.
Si quis pauor magni retardat Vindicis.
Cum rapto reliquas cultu viduabitis aras,
Cultasq; Diuorum eruetis Iconas.
Ne quæso Effigiē Lechicæ lacerate PATRONÆ.
Quæ MAGNA paruum diligit Gostinium
Diligit. & magnas Materni scribit amoris,
Quas Lechę æternùm memor legat notas.
Hoc vnum miseræ stirps Cyclopeia luci,
Echetiq; proles ne leuamen subtrahe.
Præsidium afflictis, ægris ne perde medelam.
Neu mite sidus tolle naufragantibus.
Hei mihi verba suo nil profectura valore,
Frustraq; mixtas lachrymis fūdo preces!
Prōptius Antiphaten, Siculiq; incendia tauri,
Et mitigabo Lemnias prius nurus.
Hæreticorū iras quam demulcebo Thoantū,
Diuûmq; cultu tædulos Mezentios.
Vix deformatæ forsan vestigia formæ,
Mansêre miri lenitatis indices

Penthe-

Penthea non vnum forsan manus vtraq; sensit
Quã plena tinxit melle liberalitas
Os cecidit, triplex vbi fixit Gratia sedem.
Cecidêre mitis cara frontis lumina.
Lumina tranquillus furiosã in sorte receptus,
Necessitatũ murus, Arx, Portus, Fides!
Ad quæ molliret Lybicus sua fibila præster;
Trinæq; ponerent sorores licia.
Tu cui submisit non inclinabile collum,
Tenebricosi Pluto Rector Tænari
Ipsa timoriferas Phalarisini diffue leges.
Et Manlianorum pauorem fascium
Bellatrix CASTRORVM Acies, & mille timendũ
Peltis vocaris VIRGO propugnaculum.
Tot populis igitur funestam cõprime Bnyon
Et peieratis frange conatus Ducis.
Sternit vtrũq; suæ Dominæ Phœbe aurea cor-
Et liberalẽ Phœbus aptat Syntheſim (nu
Ergo sola Gotas poteris sedare procellas.
Et post veniliam dare Halcedonia.

THRENODIA

RECENSENTVR coram DIVA LASCENSI Minoris Poloniæ calamitates. & præcipuè execrabilis & sacrilega Suecorum audacia. quâ Sacrosanctum Eucharistiæ cibum in pago Więcławice dicto per terram calcandum abiecerunt.

ITe, Ire, Versus. nunt a funerum
Inferte caris nablia finibus.
Quâ per SIRADIANA LASCVM
Primus honor reputatur arua.

Hoc non inanis carmine barbiti,
Amphionæas iactat origines.
Jntaminatæ tota laudis
Materia est, placuisse MATRI.
Hac merce felix, Mæoniæ præit
Famosa gemmis flumina Lydiæ.
Et Jndianorum repostas
Diuitias, Arabumq; merces.
Hac ARCE firmum, nec bimaris volet
Turres Corinthi. nec cupiet Syræ
Errore murorum, capaces
Centuplici Babylonis arces.
Hîc ante lenis cum metra stabitis
Altare Divæ tota madentibus
Manate riuis. nec disertæ
Jn gemitu date frena linguæ.
Plorate mersas pulnere, Lechiæ
Minoris vrbes. flete suos super,
Confusa communi sepulchro
Mænia procubuisse ciues.
Vt cum remissis infremit Africus
Liber lupatis, mobilium rotat
Procellam arenarum, æstuantem
Per Lybiæ sitientis oram;
Sic dissipatos (dicite) Vandalus,
Suis fugauit sedibus incolas.
Et per peregrinas cógit
Exilij mala flere terras.
Pars in sororis recta Bohemiæ,
Et Silesitam commigrat Oderam;

Vrgente

Vrgente pars metu, niuales
Pannoniæ latet inter Alpes.
Partem hospitali suscipit Austria
Amica regno; pars MORAVÆ bibens
Fluenta ripæ, tædiosa
Vistuleos sibi fingit haustus.
Harpocratæo muta silentio
Delubra squallent. ingeminat dolor
Maronianum per ruinas,
VIX LOCVS EST VBI TROIA manſit.
Premit dolentûm pauperies decus
Sacrariorum. diuitibus sine
Coguntur aulæis, & aulis,
Indigetes habitare Diui.
Auerte Titan luciferi rotas
Matres diei. præfica lampades
Extingue toto luna cælo.
Vel vacuum chaos intret orbem;
Vel sub Nôëa dispereat ratè.
Sub Zwingliano (quid tonitru siles!)
Perone languet luculentas
Quæ Superûm beat ESCA mensas.
Quis Christicidas eruit è stygè
Prætorianos? vnde gemonicæ
Crudelitatis officinæ
Carnifici caluêre cætu?
Hia profundis Tænare faucibus.
Si non Auernâ sacrilegos pyrâ
Iscariotas; nostra pœnis
Promeriti preme facta Ditis.

Noi

Nos dum proteruè viuimus, vrbibus
Licentiosas inferimus faces
Nosterq; nauseante fastus.
Viuificum pede calcat Esvm
An forte & illam Suetica dispulit
Erynnis oram? Solaq; VIRGINIS
Orbata dilabente ciue,
Jn vacuo stat Imago fano?
Sed & vacantem seruitiò thronum,
Adibo suplex. *Tutius est heros*
Adire, quando vota solum
Non onerant aliena sollum.

THRENODIA. V

Diræ in sacrilegam tantæ audaciæ manum.

DEuota diris. Sysipheis manus
Torquenda saxis. flammiuomis Stygis
Mergenda stagnis. irremissè
Caucasseis religanda petris.
Seu belluoso te maris inquies
Effudit ortu. Seu Lybie, nouum
Eiecit inter monstra monstrum,
Gorgoneo saniata pure.
Seu fædè olentis dirà tulit palus
Lernæ mephiti: seu Phlegeton suæ
Expauit ortus ipse prolis;
Seu gerulo, fata nocte, fouit
Jnter cerastas Tysiphone sinu;

Et lac petenti vipereum dedit
Pro lacte virus; aut cadentes
Estygij canis ore spumas.
Quocumq; monstro maius es editum
Parente monstrum. Te genuit dies
Crudelis, ad nefas stupentis
Dedecus opprobriumq; mundi.
Eiusne CORVVS carnifici manu,
O Pontiani mancipium imperij,
Herodianiq; administer
Ludibrij trahis execrantis
Per ima terræ? qui pedibus terit
Sessor planetas? qui vacuos super
Nimbiq;, nubiumq; fundos,
Et calidas tonitru officinas,
Lucis ministrum mittit? & imperat
Argenteorum sectile siderum,
Vt per pauimentum, bicorni
Flectat equos cita luna freno?
Adeste diris Eumenides rogis.
Adeste rupti carcere Tænari.
Et nigra membratim reuulsam--
--Jn Tartara præcipitate dextram
Jn hanc; edacem transfer auis famem.
Suâ renascens pernicie abijce
Macellum. & æternas remitte
Ore dapes Tytij manentem
Jn morte vitam. dignior est tuo
Hæc dextra rostro. suauior omnibus
Hæc esca fibris. hâc perennem
Est satius satiare luxum. Toto

Toto libratum fulmen ab æthere,
Per magientûm iurgia nubium,
Voluatur, & toto reuulsum
In caput hoc ruat axe cælum.
Solumne iactis, in Pholoes iuga,
Sulphur Cyclopum sæuiet ignibus?
Tantumne porrectus per auras
Thessalicas ferietur Oêtha?
In Christicidæ nulla remugient,
Inexpiatum fulmina verticem?
Nulloq; DIVINA execrandus
LIBA metu violat Procustes?
Dehisce tellus. non alio nefas
Dignum sepulchro est, quam cui plurima
Aduoluat omnis terra busta.
Enceladi grauiora busto.

THRENODIA VI.

Propter Imaginem GIDLENSEM insigniter miraculosam, à Suecis contumeliosè habitam.

TEnè lugenti fileam Camæna,
GIDLII VIRGO decor ample campi?
Varta raptatur prope quam vatraces
Per Labyrinthos,
Odit obscuræ taciturna cryptæ, a

a *Luce mirabili in domo eius, qui hanc imaginem inuenerat coruscat & omnes habitatores cæcitate percutit.*

Antra, & immunem sceleris rapinam,
Expiat, rapto tenebrans agrestem
Lumine frontem.
Quando Gidlensi stetit hospes agro,
Sæpè crinitæ stupuêre siluæ.
Sæpè ventorum siluêre clausis
Murmura buccis.
Lætior vero seges vberantes
Creuit in culmos. & amæniore
Cornu, Amalthæ tulit in virentes
Gaudia valles.
Ipse gyratum caput Imperator
Phæbus astrorum, stata quo planetis
Iura partitur, stitit ad latentem-
Immobile Gazam.
Huius aspectu sibi denegatum a
Induit sensum pecus, & recuruos
Poplites flexit, pedibusq; brutos
Subdidit armos;
O pecus nullo subigendum aratro!
Siste lassato iuga ferre collo.
Stare dimissi meruistis inter
Astra iuuenci.
Ergo stellarum nitet in theatro
Vector Europæ? gelidasq; brumæ
Abrogat leges? tepidoq; terras
Mulcet Aprili?
Et MARIANI venerator oris
Bos, catenato colet arua rastro?
Nec

a *Imago à brutis genua flectentibus colitur.*

Nec ſuum ſaltem ſtabulum Lyæo
Tollet Aſello?
Sed pium cuius ſua collo ſocco
Subijcit brutum, Gotus hanc auarâ
Alter Ægeon, Tytius, Nomasq́;
Vexat orexi.
O feris peius genus! & marinis
Sæuius monſtris! Rhodopæa prolem
Te tulit rupes, vel inhoſpitali
Syrtis arenâ.
Durius ſaxis genus, inferaci
Quæ tibi gignit tua terra partu.
Si neç a bruto facilem Magiſtro
Diſcis honorem.

THRENODIA VII.

Deplorat author Sacræ Imaginis Latyczouienſis combuſtam Ædem. ad quam miraculis frequentem, non infrequentes in pueritiâ obibat peregrinationes.

Quo me cara trahis patria? flebile
Jmmitis ſpolium Patria Thraciæ.
Et Ruſſo (prohibes quid dolor eloqui?)
Triſtis præda Boryſtheni.
Heu! riuo gemino rorida, turpibus
Opplet fumus adhuc vitra vaporibus!
Et mundi nequeunt cernere lampadem.
Clauſis lumina palpebris.
Sed dum ſuppoſito ſub cineres dolo,
Fumantûm gradior buſta per ædium,

Tu nunc è miseri congerie rogi,
Laticzouia, nobile,
Quod de cælitibus nescio quis Myron
Struxit, profer opus. prome quod in tuis,
Felix depositum, Diua recondidit,
Magnâ dote, sacrarijs.
Huc me soliciti præuia sæpius,
Duxit cura Patris. sæpe latus comes
Maternum tenui. paruaq; baiulis
Hæsi sarcina brachijs.
Ex tam viuifico fonte, mei mihi
Profluxêre dies. inde meo fluit
Vis & vena metro. Cedite serijs,
Graiæ ludicra fabulæ,
Calcis Pegaseæ pignora. Cedite
Dircæi latices, quos bibit artium
Præsul, Præsuleâ pro Cydari, duplo
Parnassi celebris iugo,
Nolo Pieridûm nablia, barbita
Nugæ Castalij conscia pollicis,
Dum me laurigero gratia VIRGINIS
Vatum ponat in ordine,
At nunc Bistonio CHRISTIPARÆ Domus
Occumbis cineri! quæ Capitolij
Excessêre decus culminis, infimo
Squalent culmina puluere.
Ergo quando meæ, languit aridus
Fons, & vena lyræ. vos quoq; languidâ
Cum fontis scatebra, fistite languidi
Carmen fundere riuuli.

THRE-

THRENODIA VIII.

PRopter spoliatam cultu suo Effigiem Marianam quæ diu latuit incognita Cracouiæ in templo S. IOANNIS Baptistæ antequã prodigijs inclarescere cæpit

OBliuioſi quid iuuat obſitum
Claudi nitorem vecte ſilentij?
Quid Virgo tam diù moraris
Lechiacæ pia vota ſtirpis?
Vix à ſepulta diſtat inertia
Celata virtus. carmine ſit prior
Canente nymphâ, conticentem
Harmoniam quis amabit hoſpes?
Interrogatam pectine ni chelyn
Fidesq; Arion clara coegerit
Reſponſa reddere? & morantem
Ad numerum reſonare naulam?
Cæleſte lucrum eſt. grata latentium
Negotiator ne lucra mercium
Expectet. vt vendat neceſſe eſt
Propatulis ſtet in officinis.
Veſtita ſolis Cyclade, deſides
Quæris cauernas? præuia publici
Eos diei, noctis altas
Ciuis amas taciturna cryptas?
Eliminatis ſiccine gentium
Felix tenebris, quæ vetulo ſitum
Deterſit orbi, Luna clauſo
Sub tenebris latitabit auro?

Emerge

Emerge ſolis FILIA. Lucidi
MATERQ; PARTVS. Quanta ſilentio
Quies locata eſt, quot curuli
Tempora prætiêre bigâ!
Emerge, claros iam ſuperi Tibi
Sanxêre ſoles. iam nitido obſequens
Honore coniurauit æther,
Et celeris rota noctiLucæ.
Emerſit, alto ceu remeat redux
Aurora ponto, læta micantium
Vrbs luce tædarum MARIÆ
Magnificam flagrat ante tenſam.
Vt longiorem caſta Parens apum
Pertæſa brumam, cum latebras caui
Linquit tegelli, & puriores
Egreditur bibitura ventos,
Matrem cateruis vndiq; cereæ
Gnatæ coronant. has lateri eligit
Prætorianos Prætor; illas
Sitoniæ iubet eſſe promas.
Hæc delibutas implet amaraco
Roſisq; cellas; hæc tenero artifex
Prægnantis inuolucra nectit
Jngenio genioq; ceræ.
Placatiori margine ſubſilit
Rex ſubditorum Viſtula fluminum,
Stupetq; pulchram per plateas
Jmpluuijs fluitare pompam.
Et per ſodales, lætitiæ ſatur,
Partitur amnes gaudia, Balthico

Portanda

Portanda Patri, & per sororum
Nereidum celebranda sedes.
O cara Graci pignora! millies
O fausta tali pignore! candidos
Haurite soles, & feraci
Gaudia congeminate messe!
Rursus beatrix ARCA clientulum
Visit JOANNEM. rursus & abditus
Gliens resultat, se beantis
Jntroitu recreatus ARCÆ.
At ô togatum ponite squalidi
Ciues nitorem. Ducite præficas,
Ad denicales feriarum
Juferias properate vespæ.
Stet muta pompæ gloria. Syntheſis
Mutetur atro Syrmate. candidam
Fuscet feretralis lucerna
Jnferijs præitura ceram.
Diuæ Tyrannus ludibrio premit
Delubra fastus. Cælituum rapit
Gazamq; cultumq; in profanos
Sacrilegus populator vsus.
Sed non perenni Vandala sæuient
Edicta iusso. VIRGO iterum dies
Festos reducet, compediti
Seruitium miserata Graci.

LAVS DEO. & B. M. V.

ERRATA CORRIGENDA

In Parte I.

Pag. 12. Leonio, lege, Leonino. ibid. docorem Corr. decorem. Pag 16. Carphatus Corr. Carpathus. Pag. 24. naufragis Cor. naufragiis. Pag. 28. Russiæ Corr. Russiæ.

In Parte II.

Pag. 44. Pronea, leg. Pronæa, Pag. 53. Derelinquente se Cor. se derelinquente.

In Parte III.

Pag. 60. aureo Cor. aureo. Pag. 67. pignas. Cor. pignus. Pag. 77. Æresonat lege Æresonat.

In Parte IV.

Pag. 96. grauamini lege grauaminibus. Pag. 100. trisultum. Cor. trisulcum. Pag. 102. eruentis, Cor. eruentis. ibid. Graciæ Cor. Græciæ. Pag. 113. regime lege remige. Pag. 119. Lechis lege Lechis.

In Parte V.

Pag. 129. pecuuiæ Cor. pecuniæ. Pag. 139. prococat lege prouocat. Pag. 146. Atro Cor. Atrato Pag. 168. Solitia leg. Sotatia. ibid. Torba. lege Torua. Pag. 159. See lege. sed Pag. 161. pinaculæ leg. pinnaculæ.

In Parte VI.

Pag. 179. *simos lege fumos. ibid. letitiæ Cor. lætitiæ.*

In Parte VII.

Pag. 209. *ossa Cor. Ossa.*

In Parte VIII.

Pag. 210. *feriendos Cor. feriendus.*

In Parte IX.

Pag. 242. *Cum flore addedum thymi. Pag.* 247. *in amænam lege inamænam. Pag.* 269. *desertos Cor. disertos. Pag.* 270. *auram Corr. aurem.*

In Parte X.

Pag. 281. *Sollenniter Cor. Solennitet. Pag.* 286. *Gewa. Cor. Gemma. Pag.* 287. *Vniorum Cor. Vnionum.*

In Parte XI.

Pag. 299. *cupit Cor. cupijt.*

In Parte XII.

Pag. 311. *ingneum Cor. igneum. Pag.* 319. *Laocon Cor. Laocoon. Pag.* 322. *pluti lege Pluto.*

230.

Biblioteka Jagiellońska
stdr0027268